

ARCHIVES D'HISTOIRE OBLATE

sous la direction de

MAURICE GILBERT, O.M.I. et GASTON CARRIERE, O.M.I.

---

13

---

COMMENTARIUM  
PRIVATUM  
CONSTITUTIONUM ET REGULARUM

IIa PARS

auctore

JOS. RESLE, O.M.I.



OTTAWA  
EDITIONS DES ETUDES OBLATES  
1956



ARCHIVES D'HISTOIRE OBLATE

sous la direction de

MAURICE GILBERT, O.M.I. et GASTON CARRIERE, O.M.I.

---

13

---

COMMENTARIUM  
PRIVATUM  
CONSTITUTIONUM ET REGULARUM

IIa PARS

auctore

JOS. RESLE, O.M.I.



OTTAWA  
EDITIONS DES ETUDES OBLATES  
1956



## P A R S   S E C U N D A

### OFFICIA MISSIONARIIS PROPRIA

sive

obligationes Oblatorum erga seipsos et inter seipsos.

#### Introductio.

##### 1. Titulus et objectum.

- In manuscriptis gallicis, ms I(1818), ms "Honorat" etc ponitur titulus generalis "Des obligations particulières des missionnaires". P. de Mazenod legerat similem titulum in Regula s. Alphonsi "Degli Obblighi particolari dâ' Congregati".
- Dum in Ia parte agitur de finibus sive operibus propriis Congregationis, i.e. de activitate externa, apostolica Oblatorum, exercenda in favorem aliorum, in hac 2a parte agitur de officiis Missionariis propriis, quibus seipsos sanctificant et mutuo se adjuvant in tendentiâ ad perfectionem propriam sui status. Est pars potissimum ascetica Regulae et codex perfectionis religiosae Oblatorum.

##### 2. Momentum hujus partis.

- Primo intuitu potest videri alicui minoris dignitatis et momenti ac Ia pars, cum haec agat de finibus Congregationis, qui pertinent ad ordinem publicum Ecclesiae Christi (Evangelizatio interna et externa, directio seminariorum etc), dum illa de mediis propositis missionariis in ordine ad eorum bonum privatum, personale.
- Reapse agitur et hic de fine Congregationis; imo de ejus fine generali ac primario qui ei est communis cum omnibus institutis religiosis, scil. de tendentiâ ad perfectionem evangelicam sive christianam per media propria ab ipso Christo vel ejus Ecclesia proposita, i.e. per observationem consiliorum evangelicorum et vitae regularis tamquam mediis subsidiariis.  
Imo agitur de fine totius vitae humanae et christianae per unionem progressivam cum Deo in caritate. Sicut 2a pars Summae Theol. s. Thomae tractat de "motu rationalis creaturae in Deum finem ultimum", sic etiam 2a pars nostrae Regulae.  
Et iste finis non est extraneus vocationi et constitutioni Ecclesiae: ejus finis est sanctificatio hominum, ejus nota sanctitatis potissimum resplendet in statu religioso.
- Praeterea, conatus sanctificationis personalis efficaciter influit in activitatem apostolicam (âme de tout apostolat); sicut, e converso, fines nostri apostolici influunt in conceptionem et organizationem perfectionis religiosae prosequendae apud nos ac nobis administrant materiam amplissimam et specialem sanctificationis nostrae.  
Sicut legislator noster in Ia parte ncn intendit proponere Oblatis activitatem externam qualemcumque, sed ministerium evangelicum, quod sit continuatio missionis CHRISTI et Apostolorum, ita ut semper prae se ferant spiritum et virtutes CHRISTI (a.287); ita nunc in hac 2a parte non intendit eis proponere spiritualem quamdam generalem et abstractam, qualis convenire potest religiosis quibuscumque, sed proprie apostolicam.



conformiter ad eorum fines apostolicos. Praescribendo eis paupertatem, castitatem, obedientiam, perseverantiam etc, cogitat de eorum finibus apostolicis.

- Obligatio tendendi ad perfectionem evangelicam modo a Regulis hic determinato est universalis et perpetua, sequens scil. omnes Oblatos et semper; dum opera externa, apostolica non sunt omnibus possibilia nec semper.

### 3. Evolutionis historicae lineamenta majora.

- Regulae s. Alphonsi, partis 2ae, conspectus generalis.(1)

"Des obligations particulières des Congréganistes."

Chap.I. Des voeux de pauvreté, de chasteté, d'obéissance et persévérance.

§1. Du voeu de pauvreté.

§2. Du voeu de chasteté.

§3. Du voeu d'obéissance.

§4. Du voeu de persévérance.

Chap.II. De la fréquentation des sacrements, de l'oraison et de quelques exercices d'humilité.

§1. De la fréquentation des sacrements.

§2. De l'Oraison et des exercices d'humilité.

Chap.III. Du silence, du recueillement, de la mortification et des pénitences corporelles.

§1. Du silence et du recueillement.

§2. De la mortification et des pénitences corporelles.

Chap.IV. Des réunions domestiques.

- Ia Regula P. de Mazenod, ms.I (1818), conspectus generalis.

Vide "Missions" 1951, n.276, pp.44ss, 314.

Deuxième partie.- Des obligations particulières des missionnaires.

Chap.I. De l'esprit de pauvreté, et des voeux de chasteté, d'obéissance et de persévérance.

§1. De l'esprit de pauvreté.

§2. Du voeu de chasteté.

§3. Du voeu d'obéissance.

§4. Du voeu de persévérance.

§ "Des autres principales observances".

N.B. Sub isto titulo P. de Mazenod apponit, quasi appendicem, longam seriem dispositionum, quarum pleraeque non inveniuntur in Regula S. Alphonsi et quas non multo post in suos proprios locos definitive distribuet formando ex eis Caput III et IV.

§5. De la prière et des exercices de piété.

Chap.II. Du silence, du recueillement, de la mortification et des pénitences corporelles.

§1. Du silence et du recueillement.

§2. De la mortification et des pénitences corporelles.

§ Des assemblées domestiques.

(1) Textus originalis in lingua italica v. apud Cosentino, Histoire de nos Règles. Ottawa, 1955. I,85.

- Ordinatio definitiva habetur jam in ms.II (V. Missions 1951, n.276, pp. 117ss,315) et in ms "Honorat" (V. Etudes Oblates, 1943, p.24;71ss). Tota materia distribuitur per 4 capita sicut hodie; item subdivisio singulorum capitum in paragraphos eadem manet usque adhuc.
- Praecipuae immutationes particulares respiciunt paupertatem. Votum paupertatis imponitur in 2.Cap. Gen. (21 Oct.1821); clarificationes, praecisiones et modificationes canonicae circa praxim voti paupertatis praesertim in Ed.4a (1910) conformiter ad recentiora documenta S.Sedis(2).

#### 4. Divisio 2ae Partis.

- A) De mediis primariis et propriis perfectionis evangelicae i.e. de tribus votis "consiliorum evangelicorum" et de annexo voto perseverantiae. (Cap.I)
- B) De mediis subsidiariis perfectionis evangelicae. (Cap.II,III,IV).
  - I) Praecipuae observantiae vitae religiosae adaptatae nostrae conditioni. (Cap.II)
  - II) Praescripta et consilia de modo exercendi concrete virtutes christianas in vita personali et communi Oblatorum.(Cap.III)
  - III) Speciatim de caritate fraterna exercenda erga infirmos et defunctos. (Cap.IV)

---

(2) Inter praecipua documenta S.Sedis: 28/6/1901 "Normae secundum quas S.C. Episcoporum et Regularium procedere solet in approbandis novis Institutis votorum simplicium". v. Cosentino, o.c., V,6sq.

1. The first part of the document discusses the importance of maintaining accurate records of all transactions and activities. It emphasizes that this is essential for ensuring transparency and accountability in the organization's operations.

2. The second part of the document outlines the various methods and tools used to collect and analyze data. It highlights the need for consistent and reliable data collection processes to support effective decision-making.

3. The third part of the document focuses on the role of technology in data management and analysis. It discusses how modern software solutions can streamline data collection, storage, and reporting, thereby improving efficiency and accuracy.

4. The fourth part of the document addresses the challenges associated with data management, such as data quality, security, and privacy. It provides strategies to mitigate these risks and ensure that data is used responsibly and ethically.

5. The fifth part of the document concludes by summarizing the key findings and recommendations. It stresses the importance of ongoing monitoring and evaluation to ensure that data management practices remain effective and aligned with the organization's goals.

6. The final part of the document provides a list of references and resources for further reading. It includes links to relevant articles, books, and industry reports that offer additional insights into data management best practices.



Caput Primum

De MEDIIS PRIMARIIS PERFECTIONIS EVANGELICAE

i.e.

de tribus votis consiliorum evangelicorum et de voto perseverantiae.

Notae praeviae.

I. Titulus.

- In ms I (1818): "De l'esprit de pauvreté, et des voeux de chasteté, d'obéissance et de persévérance". Item in ms "Honorat".
- In ms IV (1825): "Des voeux de pauvreté, de chasteté..."
- In Ia ed. latina (1827): "De votis paupertatis, castitatis, obedientiae et stabilitatis". Ita etiam in ed. 2a et 3a.
- In ed. 4a (1910): "De votis et virtutibus paupertatis, castitatis, obedientiae et de voto stabilitatis". Sec. sic dictas "Normas" (1901) materia singulorum votorum est ita disponenda, ut appareat quid votum stricte postulet, quid virtus homonyma (art. 110-111).
- In ed. 5a (1928), loco vocabuli "stabilitatis" ponitur "perseverantiae", ne quis confundat nostrum hunc votum cum voto stabilitatis monachorum; caeterum vox "perseverantiae" jam habebatur in manuscriptis gallicis.

II. De tribus "consiliis evangelicis" et de eorum habitudine ad perfectionem christianam; de tribus votis religiosis substantialibus quibus vovetur observatio consiliorum evangelicorum et quae requiruntur essentialiter ad statum religiosum; de eorum habitudine ad virtutes respectivas; doctrinam generalem de his omnibus, perutilem novitiis, scolasticis aliisque; cf. theologiam moralem et spirituales, jus canonicum.

- Ea quae sunt stricte obligatoria vi voti sunt generatim valde limitata (in materia paupertatis et obedientiae), et non sine ratione. Sed propterea non est dolendum! Ea quae ultra vota religiosis imponuntur a Constitutionibus vel a Superioribus aut quae quis sibimetipsi libere imponit, habent meritum non solum virtutis respectivae et caritatis, sed et CONSILIORUM EVANGELICORUM. Haec enim multo latius patent quam nostra vota, saltem in materia paupertatis et obedientiae.
- Sunt varii modi et gradus observandi consilia evangelica et sese obligandi ad ea per vota. Regula nostra legifert de eorum obligatione et observatione in nostra Congregatione apostolica Missionariorum Oblatorum.

Paragraph. Ia

De voto et virtute paupertatis.

Praenotanda.

I. Titulus.

- In prioribus manuscriptis gallicis: "De l'esprit de pauvreté".
- Ita in ms. I (1818) et in ms. "Honorat".
- In ed. Ia (1827): "De voto paupertatis". Ita etiam in ed. 2a et 3a.
- Abhinc ed. 4a (1910): "De voto et virtute paupertatis".

II. Quamvis votum paupertatis fuerit introductum solum in 2. Capitulo gen. (21 oct. 1821), tamen jam Ia Regula paupertatem apostolicam, effectivam proposuit generositati missionariorum (in ms. I fere omnes dispositiones circa paupertatem nostram apparent: près de 4 colonnes entières de grand format!); et praxis paupertatis apostolicae in usu erat statim ab initio in societate nascente (1816).

Consilium evangelicum paupertatis exerceri potest absque emissionem voti; itemque "virtus" paupertatis...

Nihilominus mentes paulatim praeparabantur ad confirmandam observationem paupertatis apostolicae per votum.

- P. de Mazenod, Diarium, occasione recollectionis mensilis mense maio 1818. "La vue de la perfection religieuse, l'observance des conseils évangéliques se sont montrées à mon esprit dégagées des difficultés que j'y avais rencontrées jusqu'à présent. Je me demandais: Pourquoi, aux voeux d'obéissance et de chasteté que j'ai faits, je n'ajouterais pas le voeu de pauvreté? Et passant en revue les différentes obligations que cette pauvreté évangélique m'imposerait, il n'est aucune devant laquelle j'ai reculé." (cf. Rambert, I pp272ss; Rey, I, 227).

Quo tempore ipse emisit votum paupertatis?

- Ms. I (1818), 2. partie, Ch. I, Paragr. I De l'esprit de pauvreté: "Des raisons de circonstance nous ont détournés, pour le moment, de cette pensée (du voeu de pauvreté). Nous laissons donc aux Chapitres généraux qui suivront à perfectionner ce point de notre Règle, quand ils jugeront devant Dieu que le moment de le faire sera venu.

En attendant, nous tâcherons, sans nous y astreindre par voeu, de bien prendre l'esprit de cette précieuse vertu, de l'aimer et de la pratiquer si bien que les plus clairvoyants puissent s'y méprendre." (cf. Missions 1951, N. 276, p. 45).

- P. Tempier Magister Novitiorum in N.D. du Laus emisit votum paupertatis in fine exercitiorum 21 Nov. 1820. Ipse scripsit ad P. de Mazenod, 23-11-20, "Je ne sais pas si vous m'approuverez, mon cher Père: j'ai fait voeu de pauvreté à notre renouvellement; je l'ai fait avec la condition que vous le ratifierez. Le Bon Dieu m'a tellement fait la grâce d'apprécier cette vertu pendant notre retraite, que je me serais fait une vraie violence pour n'en pas faire le voeu. J'ai voulu aussi offrir à Dieu une compensation... Je vous assure que si j'avais eu votre agrément, je n'aurais pas été le seul à vouloir goûter ce centuple que Notre Seigneur promet à ceux qui quittent tout pour son amour; j'aurais autant d'imitateurs que vous avez d'enfants à N.D. du Laus, si bien que

sans avoir fait encore ce voeu, ils veulent tous se déposséder de ce qu'ils ont pour mettre tout en commun. Je vais établir un Père ou Frère ministre pour cela; il sera chargé des effets de toute la communauté, et tous les samedis il donnera à chacun ce dont il aura besoin." Cf. Rambert I, pp.335ss; Rey, I,334.

Per plures litteras e communitate Novitiatus N.D. du Laus, nov. et dec. 1820, postulans permissionem Fundatoris ut possint facere votum paupertatis. cf. Rey, I,258; Rambert I,334ss; Ortolan I,129.

- 2um Capitulum gen. habitum Aix, 21-10-1821, emisit unanimiter decretum imponens votum paupertatis omnibus. Ia emissio generalis hujus voti I Nov. 1821.
- Correctiones et additiones relate ad votum paupertatis apparent in Regula primo in ms.2, et quidem factae pleraeque manu ipsius Fundatoris cf. ed. "Missions 1951", no 276, pp.98,117ss; P. Cosentino, o.c., II,24. Recipiuntur in ipso textu Regulae abhinc ms.IV (1825) qui refert textum gallicum definitivum.

### III- Notiones theologicae circa paupertatem recoluntur.

#### a) Paupertas materialis et spiritualis.

##### 1) Paupertas materialis sive effectiva.

Est conditio vitae qua quis, totaliter aut partialiter, bonis temporibus, divitiis, caret. Est factum materiale.

- Est de se moraliter indifferens, sicut possessio divitiarum, sicut aegritudo vel sanitas corporalis, turpitudine vel pulchritudo corporalis...

Sed indirecte potest, et maxime, afficere ordinem moralem (ut causa per accidens, ut occasio vel materia sive causa dispositiva actuum moralium, vitii aut virtutis): "La pauvreté est mauvaise conseillère..." Est fermentum perturbationum violentium vitae socialis et individualis: "Paupertas impulit audax: La pauvreté qui a toutes les audaces, me poussa" (Horatius, epist.II,2,51)... Potest fieri materia vel occasio virtutis exercendae, quandoque virtutis heroficae, patientiae, humilitatis, misericordiae, caritatis...

+ Potest esse vel necessaria: Factum materiale resultans ex adjunctis externis vitae; vel voluntaria, i.e. libere electa, sive ista electio voto firmetur vel non.

+ Hujus paupertatis voluntariae valor moralis pendet a motivo quo quis eam eligit. cf. S.Hier. Lib.3 in Matth.,c.19 (circa verba Christi "Amen dico vobis quod vos qui reliquistis omnia,"): "Non dixit: Qui reliquistis omnia; hoc enim et Crates fecit philosophus, et multi alii divitias contempserunt; sed, qui secuti estis me, quod proprie Apostolorum est atque credentium."

+ Si fit propter amorem Christi ("ad sequendum Christum"), tunc proprie est paupertas evangelica sive apostolica et est adimpletio consilii evangelici. Et talis est praecise paupertas religiosa.



2) Paupertas spiritualis (esprit de pauvreté).

Est voluntas qua quis affectum (attachement) abstrahit a bonis temporalibus, a divitiis, secundum rectam rationem.

Et, sensu generaliore, dispositio qua quis abstrahit affectum a quaerenda propria excellentia, conscius suae totalis dependentiae a Deo ac suae radicalis indigentiae atque necessitatis redemptionis (S. Aug. De sermone Domini in monte, l. I, c. 4).

- Habet valorem moralem per se. Est quasi anima paupertatis.
- Potest esse paupertas materialis simul cum paupertate spirituali: conditio paupertatis humiliter acceptata et patienter tolerata (S. Familia Nazarethana, S. Benedictus Labre...).
- Potest esse paupertas spiritualis sine paupertate materiali (dives qui non inordinate afficitur ad suas divitias). Attamen difficile servatur... "Dives difficile intrat in regnum caelorum" (Mth. XIX, 23); 2.2. q. 186, a. 3 corp. et ad lum; Gabriel Marcel, Etre et Avoir, p. 99: "Posséder, c'est presque inévitablement être possédé".

b) Beatitudo paupertatis.

- Beatitudines evangelicae (Mth. V, 3-12) sunt quidam excellentes actus virtutum eliciti sub influxu donorum Spiritus Sancti. cf. I. 2. Q. 69.
- Beatitudo paupertatis ("Beati pauperes spiritu...") consistit in voluntaria abiectione rerum temporalium, in quibus aliquis non vult amplius magnificari, ut jam totaliter se submittat majestati divinae. cf. 2. 2. q. 19. a. 12.

Est proinde paupertas spiritualis excellens impellens, ut quis suscipiat paupertatem materialem voluntariam. Ejus valor moralis autem non mensuratur secundum quantitatem bonorum quae relinquuntur. cf. S. Gregorius Hom. 5 in Evangelia: "Hac in re, fratres carissimi, affectum debemus potius pensare quam censum (fortune, état de fortune). Multum reliquit, qui sibi nihil retinuit; multum reliquit qui quantumlibet parum, totum deseruit. Certe nos et habita cum amore possidemus, et ea quae minimo habemus, ex desiderio quaerimus. Multum ergo Petrus et Andreas dimisit, quando uterque etiam desiderium habendi dereliquit."

- Beatitudo paupertatis respondet dono timoris, quod ipsum perficit virtutem temperantiae. Timor filialis quo quis timet, ne se subtrahat influxui Spiritus Sancti, inducit eum ut se subtrahat in quantum possibile peccato ac omnibus quae favent peccato. Hujusmodi generosa voluntas est vera liberatio ac beatitudo quaedam, praeludium et assuratio beatitudinis finalis.

c) Virtus et votum paupertatis.

1) Virtus paupertatis.

- Certo non consistit in facto paupertatis materialis... Nequit esse nisi quaedam paupertas spiritualis per modum dispositionis stabilis animae qua inclinatur ad moderandum desiderium et usum bonorum temporalium.

- Non videtur designare virtutem aliquam specialem, sed potius quamdam conditionem generalem virtuosam quae includitur ut conditio integralis in pluribus virtutibus, v.g. in liberalitate (est pars potentialis justitiae et opponitur avaritiae: 2.2.Q.117), in modestia circa exteriorem apparatus (pars potentialis temperantiae: 2.2.q.169), in patientia, qua mala aequo animo toleramus (pars potentialis fortitudinis: 2.2. q.136), in humilitate quae temperat animum ne tendat immoderate in excelsa et contentus sit statu et conditione sua (pars potentialis temperantiae: 2.2.q.160,a.2; q.161). Haec omnia ostendunt amplitudinem muneris paupertatis spiritualis in vita vere humana et christiana.

## 2) Votum paupertatis.

- Est actus virtutis religionis quo quis vovet observationem consilii evangelici paupertatis idēoque paupertatem materialem sive effectivam voluntariam.
- Admittit gradus circa paupertatem materiale[m] quam quis vovet... Ejus valor moralis non mensuratur secundum quantitatem possessionum, jurium quibus renuntiat... (cf. supra).

## 3) Habitudo inter votum et virtutem paupertatis.

Circa doctrinam generalem de ordine inter vota et virtutes, nota seq.:

- Votum paupertatis est medium, instrumentum, propugnaculum, quasi "antemurale" virtutis paupertatis et ultimatum, per modum causae dispositivae, ipsius charitatis et totius perfectionis... Vicissim, virtus paupertatis influit in observantiam fidelem voti (per modum causae efficientis, impellentis)...
- Extensio materialis voti ejusque obligationis est stricte limitata et praecisa; non se extendit ultra materiam explicite vel implicite promissam secundum Constitutiones Instituti. Inducit veram obligationem moralem strictam, urgentem, et quidem ex genere suo gravem. (C'est un domaine moral qui, par son espèce, est important, obligent gravement, comme l'est le domaine de la justice, de la religion...)

E contra, extensio materialis (et magis adhuc ejus incrementum intensivum) virtutis paupertatis est quasi illimitata, attingens omnes actus qui cadere possunt sub ejus objecto formali sive motivo. Virtus semper ultro progredi potest. Item consilium evangelicum paupertatis. cf. supra p. 6.

## IV. Divisio paragraphi de paupertate.

- A) Praeambulum: excellentia et necessitas paupertatis voluntariae pro Missionariis Oblatis. Art. 176.
- B) De voto paupertatis Oblatorum B.M.V.I. Art. 177-194.
- C) De praxi virtutis paupertatis apud Oblatos. Art. 195-212.
- D) Monita ultima de observantia paupertatis. Art. 213-216.

N.B. Nota magnam differentiam, quoad divisionem materiae, inter editiones priores usque ad 3am (1894) incl. et editiones posteriores, abhinc ed. 4a (1910). In prioribus sequuntur potius ordinem objectivum seu ordinem rerum, dum in posterioribus, sub influxu instructionis "Normae" (1901), potius ordinem juridicum, ut sic clarius appareat, quatenus obligent ex voto, et quatenus ex sola virtute et vi Constitutionum.

A) Praeambulum

de

excellencia et necessitate paupertatis voluntariae pro Oblatis.

## Art. 176.

Non est dispositio legislativa, disciplinaria, sed praeambulum doctrinale asceticum. Propterea olim, i.e. usque ad ed. 4am (1910) incl., absque numero anteponebatur seriei articulorum numeratorum.

Invenitur jam in ms. I (1818): v. "Missions", 1951, n.276, pp.44ss.

Textus latinus ed. Iae servatus est usque in hodiernum diem, exceptis paucissimis correctionibus absque momento: v.g. in pag.59 "didrachma carens unde Caesari tributum redderet": vocabulum "Caesari" suppressum in ed. 5a (cf. Matth., XVII, 24-27).

De fonte hujus praeambuli vide in fine articuli.

Commentarium.

Paupertas voluntaria commendatur Oblatis propter tria:

1. Est dispositio fundamentalis tendentiae ad perfectionem evangelicam quae est finis communis, primarius et praedominans status nostri.

a) Doctrina eorum qui sunt magistri in hac materia.

- Fundatores religionum (sunt "initiatores" spiritus cujusdam ac formae vitae evangelicae... potius quam legislatores.) Jamvero ipsi

"Voluntariam paupertatem tamquam basim et fundamentum omnis perfectionis" habuerunt, utique perfectionis christianae sive evangelicae.

Ista consistit formaliter quidem in charitate; dispositive vero ex parte subjecti, in humilitate, in paupertate voluntaria autem tamquam in conditione extrinseca fundamentali.

Revera, pervenitur ad perfectionem charitatis tantum quantum quis se retrahit a peccato et ab affectu ad bona temporalia. cf. S. Aug. Conf. X, 29: "Minus te amat qui tecum aliquid amat, quod non propter te amat." Id., De diversis quaestionibus LXXXIII, q. 36 (P.L. 40, 25): "Charitatis autem venenum est, spes adipescentorum aut retinendorum temporalium. Nutrimentum ejus est, imminutio cupiditatis, perfectio, nulla cupiditas... Quique igitur eam nutrire vult, instet minuendis cupiditatibus. Est autem cupiditas amor adipescenti aut obtinendi temporalia."



Jamvero, ex eo quod quis possidet effective bona temporalis atque de eis occupatur ut de bonis propriis, affectus ad illa notabiliter augetur. "Terrena diliguntur arctius adepta, quam concupita".(S.Aug.) cf. supra p. 8; 2.2.q.186,a.3.

Cum pecunia possibile est sibi procurare cetera bona terrestria: on peut se faire une situation tranquille, agréable, faire son petit bonheur Personnel, s'établir dans une parfaite sécurité...

- "... tamquam religionis inexpugnabile propugnaculum" (rempart inexpugnable de la religion. - "religionis": Ecclesiae? vel potius status sive vitae religiosae aut instituti religiosi?) tum contra hostes internos (disciplinae relaxatio, divisiones, decadentia morum) tum contra externos: historia testatur...
- Citatio S. Ignatii habetur in Constit. S.J., 6.pars, cap.2, no I: "Paupertas, ut murus religionis firmus diligenda et in sua puritate conservanda est, quantum Divina gratia aspirante, fieri poterit."
- Auctoritas D. Ambrosii citatur sec. Rodriguez, Pratique de la perfection chrétienne, 3e partie, traité 3, ch.I, Rodriguez ibi remittit ad S. Ambrosii Comment. in Ep. ad Timotheum I, cap.VI, v.10, ubi S. Doctor loquitur quidem de avaritia, non autem directe de paupertate (v.P.L. 17, 482). Est autem textus S. Ambrosii propinquior citationis praedictae, scil. in ejus Expositione Evangelii sec. Lucam, lib.V, cap.VI, No 50 (P.L.15,1650): "Beati, inquit, pauperes, quoniam vestrum est regnum caelorum. Primam hanc benedictionem uterque evangelista posuit. Ordine enim prima est, et parens quaedam generatioque virtutum..."

Sicut possessio divitiarum permittit satisfactionem omnium cupiditatum, ita renuntiatio efectiva et voluntaria divitiis subtrahit a multis occasionibus peccati atque confert voluntati singularem independentiam ac fortitudinem ad virtuose vivendum...

Speciatim influxus salutaris paupertatis voluntariae in praxim humilitatis, patientiae, obedientiae, charitatis, totalis subjectionis erga Deum...

- Doctrina ipsius Salvatoris: "Verba vitae aeternae qui habet..." ex. Matth. XIX, 21.

#### b) Testimonium vitae.

- Primorum fidei discipulorum et ante omnia apostolorum (Matth. XIX,27; Act. II, 44sq);
- Post ipsius Christi Domini exemplum: Matth. XVII, 24-27; VIII, 20... "carens lapide ubi reclinaret capite" (Matth. XIII, 20; Luc. IX, 58): verbum "lapide" deest tum in textu latino, tum in graeco. Citatio in Regula nostra nititur probabiliter lectioni gallicae erroneae sat currenti, quae non differt substantialiter a textu latino et graeco: in utraque lectione figura significans Christum non habuisse domicilium stabile proprium... Caeterum, in ms.I (1818) V. Fundator scripserat: "puisque il n'avait pas un denier pour payer le tribut à César ni même une demeure où il put reposer sa tête."

2. Paupertas voluntaria - conditio apostolatus efficacis.

Per eam "operarii evangelici" sunt magis expediti, liberi, sine ulla compromissione periculosa: ils se gardent toute la liberté du mouvement comme le pugiliste, l'athlète, le nageur, le coureur... Praeterea, per paupertatem voluntariam missionarii propius accedunt ad conditionem eorum quos evangelizare intendunt: se faire pauvres avec les pauvres... cf. 3. q.40, a.3.

- "DD. Gregorii Magni et Ignatii sententia... compertum nobis et exploratum amplius faceret...": Une réflexion des ss. Grégoire et Ignace... pourrait nous faire paraître encore davantage reconnu et démontré à fond que...
- Quid de citatione attributa DD. Gregorio Magno et Ignatio ("Vis firmiter cum diabolo...")?  
In primo textu Regulae (ms I) attribuitur S. Hieronymo et S. Gregorio.  
In ms "Honorat", et abhinc semper S. Ignatio et S. Gregorio.

Citatio fit sec. Rodriguez, l.c., qui eam tribuit S. Hieronymo et S. Gregorio. Revera citata sententia invenitur apud S. Gregorium sec. sensum, imo verbis valde similibus, scil. in "40 Homiliarum in Evangelia libri duo", Lib. II, Homilia 32, no 2 (P.L. 76,1233): "... Nihil autem maligni spiritus in hoc mundo proprium possident. Nudi ergo cum nudis luctari debemus. Nam si vestitus quisquam cum nudo luctatur, citius ad terram dejicitur, quia habet unde teneatur. Quid enim sunt terrena omnia, nisi quaedam corporis indumenta? Qui ergo contra diabolum ad certamen properat, vestimenta abjiciat, ne succumbat."

Non invenitur in operibus S. Hieronymi; sed in opusculo quodam curioso quod in Patrologia Latina praemittitur operibus S. Hieronymi sub titulo "Eusebius, De morte Hieronymi, ad Damasum", ibique legitur citata sententia, eisdem fere verbis, quasi S. Hieronymus eam moriens pronuntiasset. (P.L., 22,258).

Substitutio S. Ignatii loco S. Hieronymi abhinc ms "Honorat" fuitne merum mendum? vel propositum deliberatum?... Quidquid sit, non apparet, ubi S. Ignatius haec scripserit, Cf. Cosentino, o.c., I, p.135.

- Quid de citatione attributa D. Joanni Chrysostomo? Citatur sec. Rodriguez, l.c., qui sat libere resumit sensum S. Doctoris in "Actorum Apostolorum, cap.II, Homilia VII, n.4" (P.G. 60,68). Cf. Cosentino, l.c., I, pp. 183,188; Etudes Oblates, oct. 1944, p. 269.

## 3. Paupertas voluntaria est opus satisfactionis sacerdotalis pro malis in Ecclesia illatis per cupiditatem. Est proinde medium nostri apostolatus sacerdotalis qui est finis secundarius Congregationis.

N.B. Fontes nostri prooemii de paupertate.

Videtur indubium illud dependere a Rodriguez, Pratique de la Perfection chrétienne, 3e partie, 3. traité, chap.I, Omnes citationes nostri articuli 176 inveniuntur quoque apud Rodriguez. Rationes quas invocat P. de Mazenod sunt eadem et eodem ordine proponuntur ac in Rodriguez.

Attamen V. Fundator noster sat libere et personaliter resumit illud capitulum auctoris. Praesertim vero hoc notandum: dum apud Rodriguez tres rationes allatae in favorem paupertatis voluntariae considerantur omnes in ordine perfectionem evangelicam, finem proprium status religiosi; e contra, P. de Mazenod

utitur 2a et 3a ratione sub respectu "operarii evangelici" ac nostrorum finium apostolicorum. Verus fons suae Regulae est gratia suae vocationis propriae vitae sacerdotalis apostolicae missionarii pauperum.

Cf. Etudes Oblates, III (1944), pp.265ss; Cosentino, o.c., I, pp.186ss.

B- De voto paupertatis  
in Congregatione Oblatorum B.M.V.I.

Art. 177-194.

Divisio: I. Magna lex Oblatorum de paupertate vovenda. Art. 177.  
II. Effectus nostri voti paupertatis per singula. Art. 178-194.

I. Magna lex Oblatorum de paupertate vovenda. Art. 177.

Praenota:

1. In ms I (1818), sicut in ms "Honorat", nihil de voto paupertatis emit-  
tendo, ut patet. Ejus loco legitur: "Des raisons de circonstance nous  
ont détournés, pour le moment, de cette pensée..."
2. In ms II, P. de Mazenod corrigendo textum primitivum ipse propria manu  
addit quae respiciunt votum paupertatis. Istaes additiones transeunt in  
textum manuscriptorum posteriorum, et quidem ea forma quam habebunt in  
prioribus editionibus latinis. cf. Cosentino, o.c., II, p.24, p.29;  
Leyendecker, Prologomena, pp.91, 127, 224.
3. In Ia editione latina (1827) duo articuli brevissimi:  
Art.1 Quamobrem votum paupertatis praescribitur inter nos.  
Art.2 Huic voto fidem obstringimus in omnibus, secundum regulam.  
Servantur in ed. 2a (1853) et in ed. 3a (1894).
4. Editio 4a (1910) explicitat objectum nostri voti paupertatis:  
Art.187. Quamobrem, votum paupertatis praescribitur inter nos, quo  
renuntiamus juri licite disponendi de re quacumque temporali  
sine venia legitimorum superiorum.  
Art.188. Huic voto fidem obstringimus in omnibus secundum Regulam.
5. Editio 5a (1928) redigit duos praedictos articulos in unum (177), re-  
sumendo posteriorem tribus verbis "ad normam Constitutionum" et addendo  
in priore "pretio aestimabili" ad majorem praecisionem objecti voti  
paupertatis.
6. Articulus est conclusio ad quam logice pervenire debebant reflexio et  
vita apostolica atque religiosa - ante litteram et approbationem Ec-  
clesiae - Patris de Mazenod ejusque priorum fratrum ac discipulorum.  
cf. supra pp. 6-7. Est insuper summarium, quasi substantia totius  
legislationis oblatice in materia voti paupertatis. Revera, in eo  
exprimitur:  
a- locus et vis voti paupertatis in vita Congregationis  
b- natura et extensio nostri voti paupertatis.

a- Locus et vis voti paupertatis in vita Congregationis (sa place et sa portée).

"Quamobrem praescribitur inter nos paupertatis votum": non est aliquid facultativum, relictum initiativae cujusque... Nec est aliquid accessorium vocationis nostrae. Stricte imponitur cuicumque vult sese aggregare nostrae Congregationi, et quidem tamquam elementum essentiale status nostri, et quidem ut votum publicum, approbatum, ordinatum et acceptatum ab Ecclesia.

Adoptando votum paupertatis V. Fundator noster ejusque primi filii aperte significaverunt se velle sequi consilium evangelicum paupertatis, i.e. paupertatem evangelicam sive apostolicam (paupertas effectiva libere electa propter amorem Christi) ac tendere versus statum religiosum (can.487).

b- Natura et extensio nostri voti paupertatis.

Determinatur assignando objectum sive materiam nostri voti paupertatis. Jamvero cum sit votum publicum, non relinquuntur arbitrio privato, sed ordinantur ab Ecclesia cujus est legiferre de votis publicis et elementis requisitis ad statum sive publicum institutum societatis christianae.

1) Materia remota nostri voti paupertatis:

"Res quaecumque temporalis, pretio aestimabilis", i.e. in sensu oeconomico, commerciali, et quidem in sensu stricto: res (choses, in oppositione ad personam ejusque elementa constitutiva et activitatem, exercitium facultatum) habentes valorem commercialem: les choses ou biens matériels qui peuvent être objet de commerce).

- ergo objectum voti paupertatis est magis restrictum quam objectum virtutis justitiae...

- ergo non sunt materia voti paupertatis: vita, integritas membrorum, sanitas (quamvis in hac et simili materia aliquis peccare possit contra justitiam, etiam respectu Congregationis), talenta, virtutes, merita, fama, honor...

Nec ipsa activitas, labor sive industria personae; bene vero fructus materialis activitatis (honoraria, stipendia, dona...).

Et proinde inactivitas (gaspiller son temps) per se non violat votum... Potest autem quis peccare per hoc contra alias virtutes et speciatim contra justitiam respectu Congregationis.

Nec ipsa applicatio missae...; bene vero eleemosynae perceptae pro ejus applicatione; nec intentiones missarum... (obedientia, justitia!)

Nec preces, indulgentiae... sacramenta, sacramentalia...

Nec reliquiae; bene vero reliquiaria...

Nec generatim manuscripta personalia (epistolae, notae, contiones, praelectiones...)

Stricte loquendum de "manuscriptis" in sensu technico editorum (Manuscriptum paratum ad publicationem).

Cf. S.C. Rel. 13/7/1913 (Acta A.S. 1913, p. 338); Circul. 164 (19/3/1939) p. 20.

Opera artis (compositiones musicae, picturae, photographiae...)?  
Inventiones (patentées ou non)? Possunt habere, positivè ponendis,  
valorem commercialem et esse materia voti. Quamvis sint de se prin-  
cipaliter valores spirituales (proprii ingenii foetus), tamen ex  
aestimatione communi et jurisprudentia habentur quoque ut res  
commercii. Item collectiones.

2) Materia proxima nostri voti paupertatis:

"Jus licite disponendi... sine venia legitimorum Superiorum, ad  
normam Constitutionum".

I) "Jus disponendi".

- Jus in res temporales est quid complexum, complectens tum  
proprietatem sive dominium tum jus disponendi de re, sive de  
ejus substantia (alienare, consumere) sive de ejus utilitate  
(uti ea, percipere ejus fructus).

Utrumque jus potest separatim existere diversisque personis  
attribui...

- Nostrum votum, utpote votum simplex paupertatis, importat renun-  
tiationem solius juris disponendi. Cf. can. 580.

II) "Jus licite disponendi", ita ut actus contrarii nostro voto  
remanerent de se juridice validi. Cf. can. 579.

III) "Jus licite disponendi... sine venia legitimorum Superiorum".

Non renuntiamus juri disponendi de re temporali absolute, pure et  
simpliciter, sed solum juri disponendi sine venia legitimorum  
Superiorum...

Semper supponitur Superiores legitime permittere, quatenus habeant  
jus dandi veniam. Secus venia invalida et absque ullo effectu.  
Proinde jam ex hoc capite non est verum dicere omnes actus in ma-  
teria paupertatis esse licitos, modo habeatur permissio superioris.

Nec videtur verum dicere apud nos votum paupertatis reduci prac-  
tice ad obedientiam: non est semper verum materialiter, nec prae-  
sertim formaliter. Etiam per votum simplex paupertatis Ecclesia  
vult religiosos sequi vere et realiter consilium evangelicum  
paupertatis pro suo modo et gradu. Et hoc etiam Oblati vovent:  
ce voeu entame réellement et sérieusement notre possibilité de  
disposer des choses temporelles en la soumettant sous la dépen-  
dance d'un autre. A fortiori differentia cum obedientia apparet,  
si jam consideratur finis ad quem ordinatur votum paupertatis,  
scil. virtus paupertatis (abstrahere affectum a bonis temporali-  
bus).

IV) Renuntiamus juri licite disponendi... "ad normam Constitutionum".  
Extensio voti paupertatis religiosae variat sec. Constitutiones...  
Ipsa Ecclesia admittit hanc varietatem: cf. Can. 569; 579; 580...

Extensio plus minusve lata voti paupertatis diversorum Institutorum  
religiosorum non dependet necessario a majore vel minore perfec-  
tione sive fervore Instituti, sed ante omnia a finibus sive  
operibus propriis ejus. Apud nos limites sunt potius strictiores.



3) Conclusio: perfectio nostri voti paupertatis.

Tentatio parvipendendi nostrum votum paupertatis: retinendo proprietatem in bona nostra, renuntiamus solum facultati eis utendi sine venia Superiorum. Non sequimur consilium Domini "vade, vende omnia quae possides, et da pauperibus", vel ad summum valde a longe...

Nihilominus, rebus serius et profundius consideratis, fatendum votum et constitutiones Oblatorum de paupertate serio restringere nostram facultatem disponendi et utendi ac jus nova bona acquirendi exigendo quoad haec omnia totalem dependentiam ab aliis, scil. a Superioribus, sicut accidit pauperibus. Talem renuntiationem in praxim deducere non est mediocris virtutis ac postulat seriam et progressivam repressionem affectus ad bona temporalia et ad jura nostra in ea... Est in quodam gradu vera et seria exspoliatio suorum bonorum et jurium in ea: valor oeconomicus bonorum quam maxime minuitur per restrictionem vel imminutionem facultatis de eis libere disponendi et utendi... "Quando haeres parvulus est, nihil differt a servo, cum sit dominus omnium."

Praeterea hoc non praetermittendum votum et regulas non proponi nobis ut limites extremi nostrae generositatis, quasi finem, Imponunt aliquam obligationem minimam vel mediam omnibus religiosi Instituti, simul tamen indicando et aperiendo viam atque suppeditandae media ad ulteriorem progressum in virtute paupertatis sive in paupertate spirituali...

Cf. Praefationem, Art. 176; 195sq; 2a.2ae, q.186, a.2.

In aestimando valore voti simplicis paupertatis haec recole: Ecclesia, habita ratione immutationis socialis et oeconomicae, intendit ex una parte servare in Ecclesia renuntiationem effectivam et voluntariam bonorum temporalium, ut semper sequatur consilium Fundatoris sui; ex altera parte vero non exponere existentiam patrimonii personalis (hostilitas Statuum modernorum exspoliationi totali per votum sollemne... stabilitas religiosorum votorum simplicium est tantum relativa... crescens numerus institutorum qui occupantur in vita activa, apostolatu...)

Cf. "La Pauvreté" Ed. du Cerf, 1953, pp.155sq.

II- Effectus nostri voti paupertatis per singula. Art. 178-194.

-- Non agitur hic nisi de effectibus canonicis sive juridicis, scil. de obligationibus in conscientia resultantibus e voto nostro simplici paupertatis. De effectibus spiritualibus v. art. 176.

--- In ista sectione immutationes sunt frequentiores, impositae pleraeque ab ipsa S.Sede consequenter ad evolutionem juris canonici relate ad instituta votorum simplicium: Decr.: "Sanctissimus" 12-6-1858; "Formula Bizzariana" 1860 sq. (communis disciplina paupertatis imposita variis Congregationibus a S.C. Episc. et Regularium); "Normae" 1901; "Perpensis" 1902; Nov. Codex J.C. 1917...

Cf. Larraona in Comment. pro Religiosis, 1947, pp.90sq, 106sq.

-- In editionibus 1a, 2a, et 3a, statim interponuntur hic 11 articuli respecientes virtutem paupertatis "Omnia erunt in Societate communia..." (actuales

articuli 195-205): sequebantur ordinem primorum manuscriptorum. Abhinc editione 4a (1910) strictius separantur ea quae pertinent ad votum ab eis quae virtutem respiciunt.

-- Divisio hujus sectionis:

- A) Effectus nostri voti paupertatis quoad ipsam proprietatem (art. 178).
- B) ... quoad jus disponendi de bonis temporalibus: art. 179-194.
  - 1) Jus testandi: 179-180.
  - 2) Jus peragendi actus civiles: art. 181.
  - 3) Jus administrandi, fruendi et utendi: art. 182-188.
  - 4) Jus acquirendi: art. 189-190.
  - 5) Jus servandi pecuniam: art. 191.
  - 6) Jus administrandi independenter (administration non contrôlée): art. 192.
  - 7) Jus donandi, acceptandi, commodandi et transferendi de domo in domum: art. 193.
  - 8) Jus sibi providendi: art. 194.

A) Effectus voti paupertatis quoad ipsam proprietatem. Art. 178.

1- Proprietas personalis non amittitur per nostrum votum paupertatis.  
Cf. Can. 580, paragr. 1a.

Ita jam in ms II: "Tout membre de la Société conserve la propriété de ses biens", et in Ed. 1a, 2a et 3a, art. XIV: "Quisquis nostrum bonorum suorum jus retinebit". In ed. 4a (1910): "dominium radicale".

"Bonorum suorum", i.e. bonorum personalium sive patrimonialium quae complectuntur omnia bona, mobilia et immobilia, quae Oblatus possidebat ante suam oblationem aut poterit adhuc recipere post oblationem per hereditatem (art. 187). Attamen, sic dictum "trousseau" (vestimenta, linteamina) censetur donatum communitati, si candidatus emisit professionem; domus ei relinquit usum. (cf. can. 570, §2).

2- Imo proprietas est inalienabilis per actus inter vivos titulo gratioso; et hoc e lege Ecclesiae.

- Evolutio historica nostri juris in hac materia sec. evolutionem juris communis.

a) P. de Mazenod legerat in Regula S. Alphonsi, 2 pars, cap. I, §1, art. VIII: "Puisque le sujet de la congrégation retient toujours la propriété de ses biens, il pourra en disposer seulement au profit de sa parenté: et s'il n'en dispose pas en leur faveur, il doit le faire en faveur de la congrégation. Cependant la congrégation n'acceptera jamais des legs ou donations de sujets ayant des parents pauvres; et dans le doute de la pauvreté de ces parents, la cause sera soumise au jugement du propre Ordinaire du sujet."

Haec dispositio assumitur in Ia Regula nostra, iisdem fere verbis. Ita in ms I (1818): v. ed. "Missions" 1951, p. 48. Item in ms "Honorat".

b) Praecisiones et restrictiones facultatis disponendi de bonis propriis apparent in ms IV (textus gallicus definitivus, 1825), et in ms V (prima versio latina, 1825), et quidem in sensu Iae editionis Latinae statim citandae.

- Editio 1a (1827), art. XV-XVI: facultas disponendi de bonis suis per testamentum et per "donationem inter vivos" in favorem propinquorum ad 4. usque consanguinitatis gradum incl; sed ut donatio valeat, licentia Superioris gen. requiritur expressa et de scripto.
- c) Major restrictio in editione 4a (1910): prohibitio absoluta abdicandi dominium radicale per actus inter vivos ante oblationem perpetuam (art. 189); post oblationem perpetuam, facultas limitata: licentia S.Sedis ad disponendum de omnibus bonis, licentia de scripto Superioris gen. ad disponendum de aliqua parte (art.191).
- d) Editio 5a (1928) prohibet pure et simpliciter omnibus Oblatis, etiam Novitiis (art.730) abdicacionem domini suorum bonorum per actum inter vivos titulo gratuito. Et hoc conformiter ad legem generalem Ecclesiae: can.568;583,1<sup>o</sup>.

Apparet hic in exemplo concreto cura Ecclesiae conciliandi ex una parte paupertatem effectivam voluntariam sec. Consilium evangelicum, et ex altera parte existentiam patrimonii personalis quae in adjunctis nostri tempore forsitan est magis necessaria ac olim (instabilitas conditionum socialium etc). cf. supra p.16.

- Commentarium.

- 1) "cuique prohibetur"... ita ut nequidem cum venia Superiorum licite fieri possit. Jam esset recurrendum ad S.Sedem. Et quidem "cuique prohibetur", etiam Novitiis (art.730;can.568), et a fortiori pro-fessis, sive ad tempus, sive in perpetuum.
- 2) Prohibetur abdicatio domini radicalis simpliciter talis, absoluta, ita ut v.g. donatio revocabilis (pro casu egressus e Congregatione, dissolutionis...) probabiliter non prohibeatur (cf. Periodica, 1922, 14); nec parva dona videantur prohiberi (cf. Jansen, Ordensrecht, p.138).  
N.B. Cave donationes "dissimulatas", vendendo v.g. notabiliter infra valorem realem rei!  
Quid de renuntiatione hereditatis in favorem v.g. fratrum vel sororum?  
Etsi non sit forsitan contra litteram legis, videtur saltem contra mentem legislatoris qui intendit salvare existentiam patrimonii. Quodsi religiosus parti hereditatis quae sibi e jure civili debeat cedat in favorem fratrum vel sororum, et isti revera plus merentur ac ipse - ex aequitate vel justitia naturali -, jam non erit "abdicatio titulo gratuito".
- 3) Non prohibetur alienatio titulo oneroso v.g. per venditionem, permutationem, in solutionem debiti e stricta justitia, imo, ut videtur, e vera et rigorosa obligatione pietatis, aequitatis, vel caritatis: talia debita sunt onera quae gravant patrimonium.  
Nec attinguntur hic aliae formae cessationis quae non sunt juridice "actus inter vivos" (testamentum, donatio mortis causa).

B) Effectus nostri voti paupertatis quoad jus disponendi de bonis temporalibus.  
art. 179-194.

1. Jus testandi. art. 179-180.

Evolutio historica sequitur hic eandem lineam ac supra (p.17) legislatio de alienatione patrimonii per actus inter vivos titulo gratuito. Facultas testandi in initio valde ampla et confusa, progressive praecisior et restrictior evadit, sicut legislatio generalis Ecclesiae circa votum simplex paupertatis (cf. supra p. 17).

In Ia Regula (ms I et ms. "Honorat") facultas testandi confunditur in facultate generali disponendi de suis bonis personalibus in favorem suorum propinquorum, sicut habebatur in Regula S. Alphonsi, cf. supra p. 17.

Praecisiones et restrictiones sat cito apparent: jam in ms IV et V, et quidem in sensu editionis Latinae (supra p. 17).

Ed. Ia (1827): facultas disponendi per testamentum in favorem consanguineorum ad 4um gradum incl.; pro qualibet alia dispositione testamentaria requirebatur licentia Superioris Generalis expressa et de scripto. art. XV, XVII.

Editiones 2a (1853) et 3a (1894) servant easdem dispositiones.

Editio 4a (1910): "190. Convenit tamen, ut singuli, antequam vota temporanea primo emittant, de suis bonis et futuris, per testamentum, omnino libere disponant."

Post professionem: "192. De bonis suis disponere quisque valet per testamentum in favorem propinquorum ad quartum usque consanguinitatis gradum inclusive. Pariter unicuique vacat bonorum suorum partem impendere Missis pro seipso post obitum celebrandis.

"193. Pro qualibet alia dispositione testamentaria, Superioris generalis licentia exquiritur expresse et de scripto; in casibus urgentioribus vero, sufficit licentia Superioris provincialis, vel etiam, si aliter fieri nequit, Superioris localis."

Editio 5a magis coarctat facultatem testandi sequendo Nov. Codicem, Can. 569, §3; 583, 2o.

Commentarium.

Cum votum simplex paupertatis relinquat nobis proprietatem personalem, privet vero facultate libere disponendi de bonis temporalibus, legislator conatur salvare ex una parte exercitium juris testandi de bonis nostris propriis, ex altera parte exigentiam voti paupertatis prohibentis liberam dispositionem, quarum testamentum est forma quaedam. Unde duo articuli:

a) Jus testandi exercendum ante Iam professionem. art. 179.

Conformiter cum jure communi regente Congregationes religiosas: Can. 569, §3. Volendo amplecti statum religiosum et sequi profunde consilium evangelicum paupertatis, candidatus relinquere debet, sinon ipsam proprietatem, saltem omnem curam de ea administranda in praesens et in futurum... inquantum possibile, ita ut sit liber ab omni praeoccupatione circa sua bona temporalia.

"Singuli... testamentum condant": non est merum consilium sicut in ed. 4a (1910), art. 190. Est obligatio ex lege Ecclesiae. Legislator vult servari, inquantum possibile, exercitium juris quod tam intime connectitur cum

jure proprietatis personalis, quod praecavere potest contestationes dolendas et moraliter prolongat ultra mortem actionem personalem charitativam et beneficam. Aliunde, voto paupertatis jam emisso, minus convenit exercitium hujus juris (propter varias rationes!). Unde Ecclesia praescribit, ut testamentum fiat per se ante professionem, et quidem, per se, definitive.

Obligatio condendi testamentum non est e voto paupertatis, sed e lege Ecclesiae. Gravitas hujus legis non est exaggeranda. Compara verbum quod utitur Codex in can. 569, §3 ("condat") cum verbo adhibito in §I ("novitius debet"). Confectio testamenti est exercitium juris de se liberum.

"Singuli... testamentum condant": ergo, etiam per se loquendo, minores. Neque Jus commune neque nostra Regula distinguunt...

Quid autem in regionibus in quibus lex civilis denegat vel limitat minoribus jus testandi? Legislatores ecclesiastici intenditne obligare minores ad actum civiliter invalidum, et quidem in materia in qua legislator civilis est de se competens?... attendenda praesertim intentione generali Ecclesiae, ut in acquisitione et gestione bonorum temporalium serventur praescripta legis civilis positae ponendis: Cf. Can. 1508; 1513, §2; 1523, 2; 1529...

Stante isto dubio juris obligatio practice non est urgenda pro minoribus qui non gaudent capacitate civili testandi. Cf. Circulaire 164 (19-3-1939), pp. 19 (tom. IV, 337s); Circ. 166 (17-2-1940) Tom. IV, pp. 396ss.

Si novitius minor fecit testamentum civiliter invalidum, debet illud civiliter convalidare majoritate obtenta: Circ. 166, p. 396.

"de bonis praesentibus vel forte obventuris": ergo obligatio subsistit per se, etiamsi novitius in praesenti nulla bona habet, quod communiter accidit. Nota differentiam inter donationem et testamentum...

N.B. Pro Gallia aliisque Statibus in quibus eadem vel similis legislatio viget: dispositio testamentaria de bonis forte obventuris (portant sur les biens qui composeront mon patrimoine au moment de ma mort) non cadit sub prohibitione Codicis civilis, art. 1130 (relatif à des "stipulations" sur une succession non encore ouverte). Cf. Circul. 166, p. 396ss.

Exceptio admitti potest, ut videtur, pro casu quo novitius moraliter nullam spem haberet possidendi tandem aliquando bona personalia.

"favore quorum ipsi maluerint": sive propinquorum, sive Congregationis, sive piorum operum, sive extraneorum...

b) Voto paupertatis emisso exercitium independens juris testandi prohibetur.  
Art. 180.

Dispositio introducta in ed. 5a (1928), conformiter ad Nov. Cod. Can. 583, 2. Per eam nostrum votum simplex paupertatis serio attingit jus disponendi de propriis bonis...

"Testamentum... mutare non licet": esset validum, sed illicitum et contra votum. Est quidam modus disponendi de bonis suis temporalibus; jamvero huic praecise renuntiamus per votum simplex paupertatis. A. 177. "Mutatio" autem est interpretanda in sensu stricto. Talis "mutatio" non habetur si quis v.g. solum clarius redigit suum testamentum, si mere illud complet vel interpretatur, aut reficit testamentum civiliter invalidum sive informe aut caducum (propter minoritatem vel vitium formae vel mortem alicujus legatarii).

Ad hujusmodi mutationem requiritur evidenter ratio proportionate gravis (charitas, pietas, justitia vel prudentia exigere possunt vel saltem vehementer suadere mutationem testamenti); levis ratio non sufficeret: qualiscumque contrarietas, motus sentimentalitatis... accès de mauvaise humeur...

"Si res urgeat nec tempus suppetat": moraliter interpretandum. Non requiritur ut aliquis sit praecise in articulo mortis... Nec requiritur ut quis recurat ad telegraphiam vel telephoniā ut tempestive adhuc attingat Roman... Tempore belli communicatio cum S. Sede vel cum Superiore majore facilius haberi potest ut moraliter impossibilis.

N.B. 1. Si, stante voto paupertatis, non licet mutare testamentum absque licentia, a fortiori non licet per se condere testamentum absque licentia auctoritatis competentis: condere testamentum, sicut illud mutare, est disponere de re temporali sua cui praecise renuntiamus per votum paupertatis. (art.177).

Quid autem de eis qui non condiderunt testamentum ante primam professionem? Possuntne, stante voto paupertatis, supplere?

(i) Oblati qui prima vota emiserunt ante 19/5/1918 (die qua Nov. Codex incepit vigere) uti possunt jure testandi sec. regimen impositum per Constitutiones editionis 4ae (1910) vel 3ae (1894): habent "jus quaesitum" (Can.4;10). Cf. Circul. 166, p. 395.

(ii) Oblati qui prima vota emiserunt abhinc die 19/5/1918 possunt supplere et quidem, ut videtur, absque licentia...

N.B. 2. Liceretne mutare testamentum durante servitio militari, supposito quod quis tunc temporis non ligatur votis?

Probabiliter affirmative: non sunt "professi a votis simplicibus" (Can.583).

N.B. 3. Necessitas providendi tempestive sorti, post mortem nostram, bonorum non personalium (pertinentium v.g. ad Congregationem vel ad pia opera), ne fiant contestationes cum familia vel cum Statu (cf. art. 554).

## 2. De jure praestandi actus proprietatis praescriptos a lege civili. Art. 181.

Dispositio introducta in ed. 4a (1910), conformiter ad "Normas", no 123; textus leviter correctus in ed. 5a (1928) absque mutatione sensus.

Est questio de veris "proprietatis actibus" quibus scil. efficaciter disponitur de bonis propriis in foro civili (v.g. consensus de scripto datus ad venditionem boni immobilis, ad hypothecam stabiliendam vel extinguendam, ad hereditatem acceptandam vel dividendam...). Propterea requiritur licentia Superiorum ex lege generali de nostro voto paupertatis (art. 177).

Semper supponitur non implicari in illis actibus proprietatis abdicatio proprietatis titulo gratuito per actus inter vivos (art. 178).

Si agitur de mera formalitate civili absque vera dispositione de bonis propriis qua jura circa ea mutantur, videtur sufficere licentia Superioris localis, quae ceterum facile praesumi potest.

## 3. De jure administrandi, fruendi et utendi in materia bonorum propriorum. Art. 182-188.

a) Principium fundamentale in hac materia. Art. 182.

Est una e praecipuis applicationibus legis generalis de nostro voto paupertatis "quo... renuntiamus juri licite disponendi de re quacumque temporali"(art. 177).



Historia hujus dispositionis.

Jam ante adoptionem voti paupertatis V. Fundator voluit pro se suisque Missionariis hanc seriam formam paupertatis voluntariae. Ms I (1818):

"Quoique les missionnaires doivent être promus aux ordres à titre de leur patrimoine, l'usage en sera défendu à tous.

On en dit autant pour les pensions que quelques-uns pourraient avoir, ainsi que pour tous les autres biens qu'ils pourraient posséder.

Ainsi, tout ce qui leur reviendra pour leurs droits particuliers, sera administré et employé par les supérieurs." (Missions, 1951, n.276, p.46).

Est transductio quasi ad litteram textus italicis Regulae S. Alphonsi, 2.p. c.I, art.IV (Cf. Cosentino, o.c., I, p. 86).

Voto paupertatis adoptato ista dispositio transit fere taliter qualiter in textum latinum. Ita in ed. Ia (1827):

XVIII. (ut supra).

XIX. (Item).

XX. Quapropter quaecumque, pro jure suo, quis accipiet, ea Superior gen. reget et insumet.

Item in editionibus 2a (1853) et 3a (1894).

Ed. 4a (1910), art. 195, adoptavit textum actualem, conformiter ad "Normas", N. 114-115.

Commentarium.

Oblatis prohibetur retinere per seipsos administrationem... et quidem prohibetur pure et simpliciter, ita ut nequidem Superior generalis possit dare licentiam, ut quis administret per seipsum bona sua ac disponat ad arbitrium suum de eorum fructibus. Cf. Circul.137 (19-3-1927), p.17ss. (T.IV,p.77ss).

"administrationem": non esset actus "administrationis" si quis postularet a suo administratore, ut sibi rationem redderet de gestione ac de statu bonorum suorum.

"usumfructum et usum": quoad hoc nostrum votum paupertatis severiorem renuntiationem imponit ac fieri potest in aliis institutis. Cf. Can. 569, §I.

Proinde non licet nobis retinere fenus (intérêts) illudque sorti (au capital) progressive addere (capitalisation des intérêts). "Cedere debent."

Attamen, ut videtur, prohibetur sibi retinere jus sive facultatem disponendi ad arbitrium suum de usu et fructibus bonorum suorum vel sibi reservare usum aut fructus bonorum suorum, potius quam factum materiale utendi vel fruendi bonis suis. Novitius, qui ante primam professionem cessit Congregationi usum vel usumfructum domus suae, bibliothecae suae, organi sui, fundi sui, non prohibetur his omnibus postea materialiter uti et frui secundum dispositiones et licentias Superiorum...

"bonorum suorum quorumcumque": sive immobilium sive mobilium (v.g. bibliothecae, organi...) Prohibentur Oblati retinere sibiipsis usum domus suae, fructus fundi, les récoltes des champs, produits des animaux, intérêts d'un dépôt de banque ou de caisse d'épargne, loyers d'une maison, coupons d'obligations, dividendes d'actions...

b) Praecisiones concretæ circa applicationem principii. Art.183-188.

(1) Praescribitur actus cessionis juris utendi, fruendi et administrandi.  
Art. 183.

Dispositio introducta in ed. 4a (1910), art. 196; in ed. 5a (1928), quaedam additiones ad majorem praecisionem textus.

Obligatio faciendi istum actum cessionis non est ex voto paupertatis (cum fiat per se ante primam professionem), quamvis imponitur intuitu voti faciendi.

Sed est ex lege ecclesiastica. Ita jam Decret. S.C. Episc. et Regu., 1866: "Relate ad votum simplex paupertatis firmum sit, Postulantes ante professionem teneri cedere usumfructum ac administrationem suorum bonorum; ita tamen, ut cessio hujusmodi fieri possit ad eorum libitum, nempe favore vel parentum, vel extraneorum, aut etiam favore piaæ Societatis." Cf. Circ.17 (29-6-1866), p.8 (T.I, p. 160). Cod.J.C., Can.569, §I.

"... cedere debent... usum et usumfructum...": obligatio est strictior ac supra pro testamento condendo. (art. 179).

Agitur, pro Oblatis, de vera cessione juris utendi et fruendi, ita ut Oblatus nequeat disponere de fructibus in favorem sui proprii patrimonii. (Cf. supra).

"omnium bonorum suorum": agitur unice de bonis praesentibus; non de bonis forte obventuris... Differentia cum Testamento! (v. art. 187). Caeterum, leges civiles saepe saepius non admittunt stipulationes de haereditate futura nondum disponibili per mortem proprietarii.

"pensionibus non exceptis": solutiones periodicae solvendae ad alicujus sustentationem debitaе, v.g. propter servitia praestita propter infirmitatem vel mutilationem contractam in bello, in casu quodam (accident d'automobile)...

Ipsae autem titulus ad pensionem est bonum incorporeum; acquiri et retineri potest ut bonum personale, positis ponendis.

Si titulus pensionis fuit acquisitus a religioso durantibus votis aliter ac per hereditatem, pensiones cedunt Instituto: art. 189sq. S.C. Rel., 16-3-1922 (A.A.S., 1922, pp. 196 sq.).

Si agitur de pensionibus quarum titulum Oblatus acquisivit post professionem temporariam durante servitio militari, quo vota cessaverant, debet nihilominus relinquere pensiones Instituto, quamdiu in eo perseveret. S.C. Rel., 16-3-1922, n.V. (cf. A.S.S. 1922, pp.196 sq.).

"quomodo ipsis placuerit": in favorem sive suorum propinquorum, sive extraneorum, sive pii operis..., modo non fiat in favorem suiipsius...

(2) Valor precarius actus cessionis administrationis, usus et ususfructus.

Dispositio introducta in ed. 4a(1910) conformiter ad jus commune: [Art.184. "Normae", n.116; C.J.C. Can. 569, §I; Can. 580, § 3.

(3) Revocatio et mutatio actuum cessionis. Art. 185..

Quoad substantiam implicatur in voto simplici paupertatis (art. 177) et jam ab initio vigebat. Ed. 4a (1910) art. 198, primo mentionem expressam hujus dispositionis fecit simul praecisionem afferendo... conformiter ad jus commune: "Normae", n.117; C.J.C. Can. 580, §3.

Quodsi mutatio fit in favorem Congregationis, saltem de notabili bonorum parte, nequidem Superior Gen. licentiam dare potest. Can. 580, §3.

QUID autem sit notabilis pars? V. Canonistas et moralistas (notabilis pars = quod excedit hanc partem...)

Congregatio ("religio" in Canone citata) non est confundenda cum operibus quorum Congregatio curam habet...

(4) Forma actuum cessionis. Art. 186.

Est art. 199 editionis hae (1910), a. 200, quae addebat in fine (vocabulum "non" mendose subrepsit in ed. 4a), monitum faciant Superiorem Generalem". Ed. 5a (1928) omisit istam praecisionem utpote sufficienter contentam in a. 183.

Dispositio imposita per legislationem generalem Ecclesiae: "Normae", n. 124; C.J.C. Can. 569, §2.

"De bonis quae... quocumque titulo hereditatis obvenierint": sive a parentibus, sive ab extraneis, sive per successionem hereditariam sive per testamentum, sive per legatum universale sive per legatum titulo universali vel titulo particulari, dummodo liberalitas testamentaria sit revera personalis, non facta intuitu Instituti vel missionum aliusve pii operis (can. 580, §2), nec facta in retributione activitatis exercitae (cf. art. 189). Titulus hereditatis est pro nobis unicus titulus legitimus acquirendi nova bona personalia durantibus votis.

"disponere juxta ea quae dicta sunt articulis praecedentibus..." i.e. juxta articulos 182-186 de cessatione administrationis, usus, et usufructus; minime vero referimur ad art. 179ss. de testamentis.

"pro arbitrio suo", proinde sine licentia Superiorum, item ac pro cessione ante primam professionem (art. 183).

(6) Derogatio a dispositione facta de usufructu. Art. 188.

Est derogatio in favorem propinquorum pauperum alicujus Oblati qui cessit usumfructum bonorum suorum Congregationi.

Articulus in hoc sensu fuit introductus in ed. 4a (1910), art. 20, ubi sic legebatur: "Casu quo aliquis... in favorem proximorum subjecti, usque ad quartum inclusive gradum (omittitur in ed. 5a, quae relinquit iudicium Superiori Generali), si inopia laborant. In ed. 5a, addiderunt phrasim finalem "Societas nihilominus donationes non accipiet..." quae inveniebatur in Regula primitiva.

Idea autem fundamentalis hujus dispositionis est V. Fundatoris. Statim ab initio reliquit suis amplissimam facultatem disponendi de bonis propriis in favorem propinquorum. Ms I (1919): "Tout membre de la Société conserve la propriété de ses biens. - Il pourra donc en disposer, mais seulement au bénéfice de ses parents. - S'il n'en dispose pas en leur faveur, il les laissera à la Société. - Néanmoins la Société n'acceptera jamais les legs ni les donations qui lui seraient faits par des sujets qui auront des parents pauvres..." (Cf. Missions, 1951, p. 48).

P. de Mazenod legerat hoc in Regula S. Alphonsi: v. supra p. 17.

In ed. 1a (1827), art. XXI, XXIV, XXV: cf. Missions, 1951, n. 277, p. 381s.

Haec et similia ostendunt cor nobile Patris nostri. Journal 26/5/1837: "En attendant, je fournirai quelque chose de plus à sa mère qui lui a écrit de manière à mettre son coeur dans la peine. C'est un malheur que les parents de presque tous les nôtres soient si pauvres; mais mon affection pour mes enfants me porte à me mettre volontiers à leur place.

Item epistola 22/3/1854 ad P. Bellon (cf. Yenveux, II, 35): Journal, 4/2/1838 (Ibid. 34). Congregatio non quaerit nostra, sed nos. cf. Leyendecker, Commentarius, p. 154.

#### 4. De jure acquirendi. Art. 189-190.

Non agitur de jure acquirendi per hereditatem, quod manet intactum (art. 187), sed de aliis modis acquirendi quorum praecipui et ordinarii sunt labor et donatio. Caeteri facile reduci possunt ad praedictos, ut occupatio rei nullius (occupatio animalium, thesauri, rei amissae).

##### a) Cessio juris acquirendi pro seipso per activitatem suam. Art. 189.

Articulus introductus in ed. 4a (1910), art. 202, conformiter ad jus commune: Normae, n.126; C.J.C., can. 580, §2; 594, §2; vetus adagium "quidquid monachus acquirit, monasterio acquirit".

"In operibus Congregationis", v.g. in cura parocchiali, in directione Seminarii vel collegii...

"vel ex industria privata", sive labore corporali, sive intellectuali. Intelligitur omnis activitas extra opera Congregationis, etiam totaliter extranea nostro statui religioso: v.g. exercitium artis (picturae, musicae, cinematographiae...), conscriptio et editio librorum, cooperatio ad periodica, apiscultura, stipendium militiae (cf. S.C. Rel. 16/3/1922, n.III, IV, VI et VII; Acta A.S. 1922, p. 196sq.).

Etiam economiae quas quis facere potest de eis quae sibi dantur a communitate ad sustentationem, ad itinera facienda...

"minime sibi adscribere vel reservare possunt", quasi ipsi horum omnium proprietatem acquisivissent. Emittendo professionem saltem implicite renuntiant juri acquirendi sibi bona temporalia per laborem suum.

"verum illud communitatis bonis totaliter adjudicandum est...": professione emissa Oblati laborant pro familia sua religiosa, quae acquirit jus in fructum temporalem activitatis suorum membrorum...

Si quis sibi vel aliis quid reservat e fructu temporali laboris sui absque licentia saltem rationabiliter praesumpta Superioris, violat non solum votum, sed etiam ipsam justitiam.

Et quidem parum refert qua forma acquisiverint fructum temporalem activitatis suae: sub forma stipendii vel honorarii vel doni vel legati testamentarii (nisi clare et certo constet legatum fieri titulo vere personali propinquitatis vel amicitiae; art. 187). Cf. Battandier, Guide canonique, 6e éd. Paris, Gabalda, 1923, n.226.

##### b) Cessio juris acquirendi pro seipso per oblationes et dona. Art. 190.

Substantia hujus dispositionis jam in origine Congregationis apparet estque anterior introductioni voti paupertatis. Ms. I (1818): "Tout ce qu'on

pourrait donner à un sujet, soit en argent, soit en effet, soit en rétribution de messes ou autrement, appartient de droit à la maison de la Société où le sujet est incorporé."

P. de Mazenod legere potuit istam dispositionem eisdem fere verbis in Statutis Capitularibus 1802 Redemptoristarum annexis Regulae S. Alphonsi editionis 1791, Cap. I, n. 2: cf. Cosentino, o. c. I, 89.

Constitutiones O.M.I., ed. 1827, art. XXVI: "Dona quaecumque sive pecuniae, sive mobilium rerum, sive Missarum eleemosynae, aut cujuslibet alterius generis, de jure spectant ad Societatis domum cui subditus adhaeret."

Ed. 2a (1853), art. XXVI: "Dona quaecumque... de jure spectant ad Congregationis provinciam cui subditus adhaeret."

Cap. Gen. 1867, sessio 15, adoptavit sequentem articulum insertum in ipsa regula, ed. 3a (1894), art. 41: "Nemo missarum stipendii aut casualium bonorum vel minimam partem retinere praesumat, eo etiam praetextu ut haec pecunia in bona cedat opera. Integrum stipendium, qualecumque sit, in ejus deveniat manus cui aerarium administrandi onus incumbit necesse est." Pars linea signata transivit in ed. 4a in praesentem articulum.

Ed. 4a (1910), art. 203, dedit dispositioni suam formam definitivam, cujus tamen verborum ordinem leviter mutavit ed. 5a (1928), quae etiam addidit praecisionem "de donis quibuscumque, etiam personalibus."

#### Commentarium.

"idem dicendum de Missarum eleemosynis": sunt dona cum conditione onerosa. Retinere id quod est supra taxam dioecesanam, de eoque disponere independenter a superioribus esset contra votum paupertatis, imo contra justitiam.

"de donis quibuscumque, etiam personalibus...": dona "personalia" apud nos nequeunt habere nisi hunc sensum, ut data ratione personae sive intuitu personae; non autem data pro persona, ipsa jam acquirente jus possidendi vel saltem utendi et fruendi. Cf. Circ. 181 (1-1-1947), p. 16sq. (T. 5, p. 143sq.); Act. Cap. 1949, art. 21.

Constitutiones nostrae austeriores sunt quam jus commune in hac materia: cf. C.J.C. can. 580, §1 et 2.

Propterea terminus "dona" stricte interpretandus est, (can. 19), scil. pro liberalitate quae juridice vere "donum" est. Unde per legatum testamentarium Oblatus sibi acquirere potest (art. 187), nisi factum sit in compensationem activitatis suae (art. 189), vel "intuitu religionis" (can. 580, §2).

"eo etiam praetextu ut haec in bona opera cedant": v.g. opera quorum cura nobis commissa est, vel ad sustentationem propriae familiae...

N.B. Praesens articulus non valet de donis factis aliis, scil. extraneis, quamvis nobis comittantur transmittenda. V. infra, ar. 193.

Unde, praeter hereditatem, non possumus acquirere nobis nec licite nec valide. Subtrahendo aliquid de fructu temporali activitatis nostrae vel de donis nobis factis, absque consensu saltem rationabiliter praesumpto superioris competentis, violamus non solum votum sed et justitiam.

Unde, per se obligatio restituendi. Cf. S.C.R., 16-3-1922, n<sup>o</sup>VIII:  
"Utrum qui de pecuniis occasione belli perceptis contra superioris resolutiones jam disposuerit et etiam in favorem tertii, teneantur ad restitutionem? R. affirmative; nisi ex permissione superioris rationabiliter praesumpta egerit."

Apparet iterum votum nostrum paupertatis non esse meram formalitatem, renuntiationem verbalem et symbolicam. Paupertas nostra oblatica implicat veram et effectivam renuntiationem juris, et quidem juris pretiosissimi...

Fidelis observatio voti in hac materia exigit sensum delicatum justitiae, amorem filialem erga Congregationem, et praesertim caritatem generosam erga Jesum Christum, ut sequamur effective ejus exemplum ac consilium et efficacius impleamus missionem apostolicam ab Eo commissam.

Tunc tantum nostrum votum paupertatis realizat suam rationem sive sensum et obtinet suum finem. Praecavetur quoque conceptio "formalistica" vel pure legalis paupertatis.

#### 5. Jus servandi pecuniam. Art. 191.

"Servare pecuniam" sumitur hic in sensu juridico, prout implicat jus et responsabilitatem de re quae servatur, et qualia habet, v.g. administrator, oeconomus vel custos ex officio. Parum refert, utrum quis servet pecuniam apud seipsum an apud alios habeat depositam suo nomine et cum jure eam retrahendi ad arbitrium suum (v.g. apud oeconomum, in instituto bancario vel in officio postali: chèque postal).

Pecuniae autem assimilantur "tituli" pecuniarii (obligations, actions, etc.) Cf. Can. 594, §2.

Textus frequenter modificatus et successive amplificatus, quin sensus fundamentalis immutatus sit.

Apparet jam in ms.I (1818): "Jamais il ne lui sera permis (i.e. au sujet qui a reçu de l'argent pour messes ou autrement) de garder de l'argent, fût-ce même en dépôt."

N.B. P. de M. poterat legere similem dispositionem in Statutis Capitularibus Redemptoristarum 1802, cap.II, n.7: "Non è licito al Soggetto tenere presso di se alcun deposito di danaro, ma deve tenerlo nella cassa comune..."

Ed. Ia (1827), art. XXVII: "Pecuniam servare, etiam depositam, nequaquam licebit." Item in 2a ed. (1853).

Ed. 3a (1894) servat eundem art. XXVII et infra subdit art. XL, adoptatum jam in Cap. Gen. 1867: "Parochi et quorumcumque piorum operum directores, qui ratione officii sui bona temporalia gerunt, regulam non praetermittent quae prohibet ne quis pecuniam, etiam depositam servet. Verumtamen, si agatur de paroeciali administratione, depositum reputanda non erit illa parva pecuniae quantitas quae, scitu Superioris, quotidianis impenditur usibus aut aerario fundendae est impar."

Ed. 4a (1910), art. 204, ambas dispositiones in unico articulo fundit: "Pecuniam servare, etiam depositam, nequaquam licebit; quae Regula etiam parochos adstringit et quorumcumque operum Directores. Verumtamen... impenditur usibus, aut nimis parva est ut in aerario fundatur."



Ed. 5a (1928) addit novas praecisiones ("sibi reservare, etiamsi in aera-rio communi fuerit deposita... quae regula omnes sodales adstringit"), et ca-sum particularem Oblatorum-parochorum remittit ad paragraphum de Paroeciis.

Commentarium.

Ex art. 189 et 190, omnia bona temporalia quae professus acquirit, sive per activitatem suam sive per donationem, transeunt in proprietatem communitatis "ad communem domus vel societatis utilitatem"(189), atque administrantur et curantur ab economis sub directione Superiorum. Votum paupertatis non prohibet, quominus Superior relinquat alicui usum talis vel talis boni a se recepti (v.g. Breviarii, calicis, libri, vestimenti...). V. tamen art. 196.

Aliud tamen est de pecunia. Debet necessario fundi in aerarium communitatis. Votum paupertatis non permittit aerarium individuale: "nequaquam licebit" (attende insistentiam et universalitatem prohibitionis).

Est enim usus juris de re temporali contra Constitutiones, imo contra jus commune Religiosorum: cf. can. 594, §2.

Vel ista pecunia pertinet ad patrimonium nostrum, et tunc debuimus cedere ejus administrationem, usum et usumfructum; vel illam accepimus ut fructum nostrae activitatis vel per donationem, et tunc acquisita est domui vel Societati, quarum aera-ria administrantur unice ab economis sub directione Superiorum.

Universalitas prohibitionis: "quae regula omnes sodales adstringit, etiam piorum operum directores", et ipsos superiores.

Parum enim refert, utrum pertineat ad Congregationem an ad extraneos, sive sint personae physicae sive personae morales. Generatim "pia opera" habent suum consilium administrationis et in eo thesaurarium cujus est servare et administrare aerarium. Si illud munus, permittente Superiore, committitur uni e nostris, iste jam tenetur stare articulo 191 et remittere pecunias oeconomio domus, ut ab eo serventur. Pia opera quae alicui Oblato committuntur nunquam sunt opera personalia, sed semper opera Congregationis, quae delegat unum e suis ad illud dirigendum. Si illius causa, culpabili vel non, damna pecuniaria accidunt, Congregationis responsabilitati facile objicitur, cf. art. 163.

Valet a fortiori, si agitur de pio opere Congregationi proprio (v.g. de sanctuario adnexo communitati, de periodico edendo et administrando, de officio informationis et diffusionis operum Congregationis...). Ista pia opera, praesertim si sunt extranea, possunt evidenter habere suos proprios libros rationum (comptabilit e propre), sub invigilantia superioris.

N.B.1. Provincialis potestne permitttere exceptionaliter, ut aliquis propositus operi profectui totius Provinciae destinato habeat aerarium particulare gerendum a seipso independenter ab administratione domus, sub immediato Provincialis regimine?

Capitulum gen. 1947 videtur insinuare. cf. Circul. 181 (1-11-1947), p.15s (T.V, pp.142s); Acta Cap. 1949, art. 23; Circul. 203 (8-12-53), p. 11, no.8 (T.VI, p. 117).

Sed nec ipse proprie habet aerarium particulare, nec servare potest independenter pecunias operis sibi commisi. Subtrahitur quidem gestioni oeconomi localis et obligationi fundendi pecunias in aerarium locale; non autem subtrahitur gestioni Oeconomi provincialis.

N.B. 2. Articulus 191 non prohibet, quominus oeconomus, permittente Superiore, remittat membris communitatis, praesertim in urbibus, parvam summam pecuniae ad usus determinatos vitae quasi quotidianae (ad parvas eleemosynas, ad utendum curribus publicis...). Quae summa evidenter major esse poterit pro iis qui funguntur muneribus vel praesunt operibus...

N.B. 3. Pariter art. 191 non prohibet, quominus dona pecuniaria data intuitu alicujus membri communitatis et remissa aerario communi, disponente Superiore expendantur in utilitatem illius (v.g. ad breviarium emendum). Sed cave exigentias vitae communis pauperis: art. 195sqq.

N.B. 4. Pecuniae datae a fidelibus "in pias causas", quamvis remittendae oeconomis ad gestionem, administrandae et erogandae sec. voluntatem donatorum. Cf. Can. 1514.

6. Gestio clandestina et independens bonorum commissorum. Art. 192.

Articulus respicit oeconomos, superiores et rectores operum quibus committitur gestio bonorum in Congregatione.

Dispositio adoptata in Cap. gen. 1867 et introducta in ed. 3a (1894), art. 42. In ed. 5a: ponitur in numero plurali "codicibus authenticis", revera, propter codicem expensarum et redituum communitatis possunt esse alii codices, iique authentici et inspectioni Superiorum subjiciendi, pro gestione operum particularium.

Ipsium votum paupertatis prohibet proinde habere duplicem gestionem (double comptabilité), unam authenticam et subjiciendam Superioribus, alteram secretam et subtrahendam inspectioni Superiorum (budget clandestin). Prohibet pariter habere aerarium clandestinum sive "cassam nigram".

Speciatim pro directoribus operum, v. Acta Cap. 1949, art. 22 et 23. Quod attinet ad parochos, v. paragraphum de "Paroeciis".

Exemplum V. Fundatoris: in fine diarii, quod refert ejus iter et commorationem in Urbe 1825-1826, invenitur folium quo inscripsit fideliter, accurate et singillatim expensas a se factas.

7. Jus donandi, accipiendi, commodandi et transferendi de domo in domum. Art. 193.

Substantia hujus dispositionis jam apparet in ms. I (1818): "Mais il leur est défendu d'en rien donner à qui que ce soit sans la permission expresse du supérieur, permission qui sera également nécessaire pour recevoir ou emprunter quelque chose." (Missions, 1951, p. 47).

Textus correspondens Regulae S. Alphonsi, p. 11, c. I §1, n. V: v. Cosentino I, p. 86.

Textus gallicus transivit in Iam editionem latinam (1827), art. XXIX: "Verumtamen nihil cuiquam dare licet, absque superioris expressa facultate, quae requiritur etiam pro accipiendis et commodandis."

In Ed. 4a (1910) deleverunt vocabulum "expressa" et addiderunt in fine "necnon de domo in domum transferendis" (quae additio nonnisi expresse et scripto definit quod jam implicite continetur in nostra paupertate religiosa et ab initio in usu fuit.).

Commentarium.

"Nihil cuiquam dare licet...": dare (donner) est disponere de re temporali. Jamvero, non possumus disponere independenter de re temporali, et hoc vi ipsius voti.

Et quidem "nihil" dare licet, nec e bonis propriis, nec e bonis communitatis. Et quidem "nihil cuiquam dare licet", nec confratribus, nec membris familiae naturalis, nec extraneis.

Si pietas, charitas, aequitas vel urbanitas consulunt donum faciendum alicui, licentia petenda a Superiore. Cf. Can. 537. Vovimus paupertatem voluntariam, jam nihil habemus donandum ad arbitrium nostrum.

Estne restrictio charitatis? Minime. Manet semper quid donandum, et absque limite: nostra charitas vera, sincera et effectiva qua devovemus proximo nostrum laborem, tempus, otium, nostram scientiam, potestatem et gratiam sacerdotales et ante omnia ipsum Christum. Vota religiosa non coarctant corda. Eligimus restrictiones paupertatis voluntariae, chastitatis et obedientiae, ut possimus dare plus, imo dare totum... Cf. verba Petri et Joannis paralytico: "Argentum et aurum non est mihi; quod autem habeo, hoc tibi do: in nomine Jesu Christi Nazareni, surge et ambula."

Caeterum, Instituta religiosa non dispensantur ab operibus charitatis, etiam corporalis, exercendis sub auctoritate Superiorum... Cf. Can. 537.

"absque Superioris facultate": si agitur de rebus minoris momenti (imagines, numismata, parvae eleemosynae...) facile haberi potest licentia generalis vel tacita vel rationabiliter praesumpta. Cf. in fine de licentia.

"quae requiritur etiam pro accipiendis": non est quaestio de facto mere materiali accipiendi, sed de "acceptione" in sensu juridico (accipere "cum animo domini"), prout importat jus faciendi rem suam vel saltem jus utendi, fruendi aut servandi rem. Sic "accipere" jam est exercitium juris disponendi de re temporali et cadit sub voto paupertatis.

Si agitur de donis accipiendis - accipiendis proinde pro Congregatione (art. 190) - licentia Superioris generatim praesumi potest. Imo ordinarie obligatio ex charitate saltem, accipiendi dona oblata... non tamen absque discretionem necessaria: quandoque domus vel Congregatio ex dono accepto gravatur plus quam juvatur...

Quaedam "artificia", v.g. extraneo offerendi mihi donum suggero, ut illud donet mihi postea me jam habente obedientiam definitivam pro tali domo... potius quam contra votum paupertatis, possunt esse contra virtutem paupertatis, vel adhuc contra charitatem...

Item "provocare" determinata dona, ut nobis postea relinquuntur ad usum personalem, non esset contra votum paupertatis. Melius petitur licentia antea... propter art. 195-196, nisi sint res minimi momenti, ita ut facile praesumi possit licentia.

Accipere aliquid ut depositum servandum? Si agitur de deposito in sensu juridico (jus servandi rem et obligatio respondendi de ea), jam cadit sub voto paupertatis... Quoad pecuniam servandam: vide art. 191.

Accipere munus executoris testamentarii: item. Nota art. 1028 Cod. Civ. gallici: "Celui qui ne peut s'obliger, ne peut pas être exécuteur testamentaire."

"quae requiritur etiam pro... commodandis (prêter et emprunter)", sive inter confratres (quo casu licentia Superioris facilius praesumi potest), sive inter Oblatos et extraneos (commodare libros!...) Est exercitium juris disponendi de re temporali...

"necnon de domo in domum transferendis": res datae pro usu nostro sunt proprietates domus; nequimus de eis disponere ad arbitrium nostrum... Inutile onerare nos multis variisque rebus, quae cumulantur in unaquaque nova transmigratione... Unaquaque domus providebit necessariis et utilibus...

Licentia generalis pro omnibus quae constituunt sic dictum "trousseau", cujus compositio suo tempore fixa in documento annexo Circularibus litteris 2/2/1857 (sec. Cap. gen. 1856), ex decisione Cap. gen. 1867 relinquitur Provincialibus: cf. Acta Cap. 1949, art. 61.

Nulla difficultas, nec licentia ad secumferenda manuscripta personalia. Cf. supra p. 14.

Si quis exceptionaliter velit secumferre aliquid ultra (v.g. libros, ornamenta sacra, bicyclette...), videtur sufficere per se licentia Superioris domus "a qua". Licentia permanens, valens pro omnibus successivis obedientiis, videtur postulanda ab ipso Superiore generali.

Speciatim de donis acceptis occasione ordinationis sacerdotalis, primae missae vel primae obedientiae: cf. Circul. 164 (19-3-1939), p. 55ss.

#### 8. Jus sibi providendi. Art. 194

Quamvis ista dispositio implicite contineatur in art. 177 et 193, tamen ejus fit explicita mentio: tentatio procurandi vestes, libros etc pro sua voluntate est tam naturalis...

#### Origo et historia articuli.

Quoad substantiam jam invenitur in ms. I (1818), ed. "Missions", 1951, p. 47: "Deux fois l'an, c'est-à-dire au printemps et en automne, le supérieur demandera ou fera demander aux sujets par le tailleur de la maison s'ils ont besoin d'habits, afin qu'on leur en fournisse. - Mais il est défendu aux sujets de s'en faire faire à leur volonté - Le supérieur veillera pour que tout soit uniforme."

V. Fundator legerat hanc dispositionem in Statutis Cap. 1802 Redemptoristarum, cap. II, n. 4. Vide Cosentino, o.c., I, p. 89. In Statutis Redemptoristarum textus est paululum amplior.

Textus primitivus, gallicus transivit in editiones latinas: ed. I (1827), art. XXXIII-XXXV. (Cf. Missions, 1951, p. 383).

Ed. 4a (1910), art. 207, addidit: "libros et alia quaecumque".

Commentarium.

"Nemini licet, pro sua voluntate, vestes ... sibi comparare": est dispositio de re temporali, qua quis se gerit ut dominus independens... Ad procuranda vitae necessaria constituitur apud nos oeconomus: art. 636, 638. Ad eum recurrere habent etiam superiores.

Nec ipsi superiores et oeconomi facultatem omnimodam habent procurandi suis domibus vel provinciis independentem a Superioribus Majoribus: cf. art. 529, 594, 638. In particulari, emptio et commutatio currus automobilis subest licentiae Provincialis cum suo consilio. Cf. Acta Cap. 1949, art. 28.

N.B. 1. Cadunt sub nostro voto paupertatis non solum actus explicitè enumerati in articulis 180-194, sed et ceteri omnes qui implicant dispositionem juridicam de re temporali: implicite attinguntur per art. 177. Ita v.g. permutare sive commutare (échanger) ... vendere et emere ... retinere et celare res, ut sic jam subtrahantur liberae dispositioni superiorum et oeconomorum... uti rebus contra mentem et dispositionem superiorum (facile accidere potest in usu pecuniae!)... esse causa, per suam incuriam, ut res nobis commissae perdantur vel deteriores fiant, eas destruere... accipere rem alienam...

N.B. 2. Licentia sive permissio requisita in materia paupertatis: non confundenda cum dispensatione... nec a fortiori cum tolerantia! Varias ejus formas...

N.B. 3. Valor moralis impletionis voti paupertatis; malitia violationis ejusque gravitas... Cf. Theologiam moralem. Item obligationem restituendi positum ponendis.

C) De virtute paupertatis in Congregatione O.M.I.

## Art. 195-212

Notae praeviae.

1- Circa virtutem paupertatis. V. supra p. 8-9.

2- Obligatio articulorum sequentium est per se illa quam secum ferunt alii articuli Constitutionum nostrarum, qui non directe determinant materiam votorum nec mere reproducunt et applicant leges generales Ecclesiae.

Certo certius autem sunt majoris momenti et gravitatis quam permulta alia puncta Regulae. Cf. art. 176, 213. Si, transcendentem aspectum mere juridicum et casuisticum, jam consideramus rem sub respectu vitae spiritualis, apostolicae et oblativae, tangimus hic dispositiones fundamentales et magni valoris moralis. Patefaciunt nobis spiritum V. Fundatoris, spiritum vere evangelicum, apostolicum, magnanimum.

3- Transgressio articulorum sequentium per se non constituit violationem voti paupertatis, sed tantum per accidens, quatenus scil. unus e articulis praecedentibus fuerit violatus, seu quatenus simul habeatur dispositio de re temporali, pretio aestimabili, sine venia legitimorum Superiorum requisita sec. Constitutiones.

4. Divisio: I. Praxis ipsius virtutis paupertatis per vitam communem pauperem. Art. 195-208.  
II. Extensio virtutis paupertatis ad res spirituales connexas. Art. 209-212.

I. Praxis ipsius virtutis paupertatis per vitam communem pauperem. Art.195-208.

A) Principium generale de vita communi paupere apud Oblatos. Art.195-196.

Vita communis in re temporali imponitur Oblatis ex lege generali Ecclesiae: Can. 594, §1; 587, §2 (speciatim in domibus studiorum); 2389 (sanctiones).

Revera, sine vita communi paupere effectiva, periculum ne votum paupertatis privetur tota sua efficacitate ad perfectionem christianam prosequendam. ("Nihil habentes - omnia possidentes").

Caritas fraterna et vera vita communis difficile exercentur (individualismus, egoismus, invidia)...

Obedientia, subjectio Superioribus et Constitutionibus periculose exponuntur: independentia "oeconomica" paulatim secum trahet independentiam per totam lineam...

Quomodo adhuc salvari poterunt veritas nostri sacerdotii (est essentialiter participatio et imitatio vitae sacerdotalis J.C.), ejus valor redemptrix et fecunditas apostolica?...

Vita communis pauper admittit gradus:

- communitas sive aequalitas moralis in usu bonorum usualium (habitatio, vestitus, victus, supellex): art. 195.
- communitas facultatum sive subsidiorum (communauté de ressources) quibus omnium necessitatibus praevidetur: art. 196.

1. Communitas sive aequalitas moralis in usu bonorum usualium. Art. 195.

Dispositio primitiva, jam invenitur in ms.I (1818): "Alors tout sera en commun dans la Société, et personne n'aura rien en propre".

Est traductio libera textus Regulae S. Alphonsi, 2 p., c.I, n.I: "Viveranno i Soggetti di questa Congregazione perfettamente in commune, ed in tutto saranno uniformi."

In examine Regularum facto Romae intuitu approbationis 1826, V. Fundator conferendo cum Mgr Marchetti, suppressit ultima verba "et nihil erit cuique proprium" eisque suffecit formulam praesentem "quoad usum vitae". Cf. ed. 1827, art. III (Missions, 1951, sept. p. 379).

In ed. 4a (1910) addiderunt in fine "sub moderamine Superiorum".

Commentarium.

Non agitur hic de communitate proprietatis, de qua supra (unusquisque retinet proprietatem suorum bonorum patrimonialium: art. 178; quoad caetera quae professus obtinet suo labore vel per dona, proprietas acquiritur communitati: art. 189-190); nec de communitate administrationis, de qua in art. 191-192.

Ergo illa "communitas" praescripta apud nos non est quaedam forma comunismi democratici... république de camarades...



Sed de communitate quoad "usum vitae", i.e. quoad vitae necessaria, pour le train de vie, pour "l'usage journalier" (habitatio, victus, vestitus, supellex bibliotheca...) cf. can. 594, §1.

Praescribitur, ut omnia membra communitatis participant aequaliter bonis communitatis, sint - modo moraliter uniformi - vestiti, nutriti, muniti vitae necessariis...

"sub moderamine Superiorum", rationem habente necessitatum realium, objectivarum (sanitas, ministeria...) singulorum. Non praescribitur proinde uniformitas absoluta, mathematica... Est communitas ordinata.

## 2. Communitas facultatum quibus omnibus providetur. Art. 196.

Dispositio est primitiva et legitur jam in ms.I (1818): "Les maisons se chargeront de fournir pauvrement à tout ce qu'il faut, sans partialité ni distinction."

Regula S. Alphonsi dicit solummodo: "C'est pourquoi chaque maison leur fournira tout ce qui est nécessaire." (2. p., cap.I, §1, no 1).

Ed. la (1827), art. IV: "Domibus nostris incumbit de omnibus indiscriminatim, tamen ad morem pauperum, quae opus sit providere."

### Commentarium.

"Domibus nostris incumbit omnia... providere". Omnes recipiant vitae necessaria a communitate, non ab extraneis... cf. Acta A. Sedis, 1922, pp. 284 questio 84 (elenchus questionum quibus respondere debet Moderator generalis in relatione quinquenali).

Ratio patet: Iste gradus vitae communis pauperis magis adhuc impugnat affectum egoisticum in re temporali et tendentiam ad independentiam oeconomicam... Unusquisque praefert generatim sibiipsi providere, in tuto ponere subsidia: se créer des ressources...

Exemplum V. Fundatoris. Cf. Ep. 24/1/1831 ad P. Mille, Billens (Helvetia): "Je célèbre demain l'anniversaire du jour où, il y a 16 ans, je quittais la maison maternelle pour aller m'établir à la mission. Le P. Tempier en avait pris possession quelques jours avant. Notre gîte n'était pas si magnifique que le château de Billens, et quelque dépourvu que vous soyez, nous l'étions encore davantage... Nous n'avons jamais eu le bonheur d'être si pauvres depuis... que nous avons fait voeu de l'être. Nous préluions, sans nous en douter, à l'état parfait où nous vivons si imparfaitement. Mais je remarque à dessein cette espèce de dénûment très volontaire, puisqu'il eût été facile de le faire cesser en faisant transporter tout ce qu'il fallait de chez ma mère, pour en déduire que le bon Dieu nous dirigeait dès lors, et vraiment sans que nous y pensassions encore, vers les conseils évangéliques dont nous devions plus tard faire profession.

C'est en les pratiquant que nous en avons connu le prix. Je vous assure que nous n'avions rien perdu de notre gaieté; au contraire, comme cette nouvelle manière de vivre formait un contraste assez frappant avec celle que nous venions de quitter, il nous arrivait souvent d'en rire de bien bon coeur. Je devais ce bon souvenir au saint anniversaire de notre premier jour de vie commune. Que je serais heureux de la continuer avec vous."

N.B. Attamen non excluditur absolute, ut quis exceptionaliter recipiat quaedam vitae necessaria a communitate solum aequivalenter, quatenus scil. materialiter administrentur ab extraneis, et hoc positis ponendis, i.e.

primo, ut obtineatur licentia Superioris (art. 193);

secundo, ut donum vere acquiratur communitati (art. 190);

tertio, ut res sit moraliter ejusdem qualitatis et valoris ac illae quae caeteris religiosis dantur a domo in eisdem adjunctis;

quarto, ut hoc fiat exceptionaliter et quasi occasionaliter... Cf. Vromant, in "Periodica de re morali, canonica et liturgica", 1929, pp.25-34; Vermeersch, Theologiae Moralis principia, responsa, consilia, ed. 3a, T.III, n. 124.

"Indiscriminatum": cf. Can. 594, §1: "In quavis religione vita communis accurate ab omnibus servetur..." Providere omnibus necessaria absque acceptione personarum, "sans partialité ni distinction" ms. I. Non tamen absque sapienti ordinatione Superiorum qui caritate et sollicitudine paterna rationem habent necessitatum realium et objectivarum singulorum. Cf. supra.

"tamen ad morem pauperum" qui sunt contenti necessariis, qui parce utuntur rebus suis, qui rationem habent conditionis familiae sive domus suae, qui labore suo subveniunt sustentationi sui suorumque, qui non exigunt nec quaerunt res superfluas, inutiles, nimis pretiosas... Exempla et exhortationes V. Fundatoris, v.g. epist. 7-12-1847 ad P. Dassy Sup. novi novitiatus Nance-ensis (Nancy): "Pour en revenir à l'article économique, je suis bien persuadé que plusieurs de nos Pères et presque tous n'y entendent rien. Ils sont accoutumés à voir arriver l'argent quand ils en ont besoin et ne se doutent pas de ce qu'il nous coûte. Aussi, ils ne savent s'imposer aucune privation et s'imaginent que la perfection est de ne manquer jamais de rien. - Je conviens qu'il ne faut manquer du nécessaire, mais qu'il convient de proportionner ses besoins aux ressources que l'on a, et il est bon qu'on sache que l'établissement de Nancy nous a jetés dans un véritable embarras financier."

Item, Circul. 2-2-1857, p. 11: V. Circul. admin. I, p. 117.

Item, actus visitationis N.D. du Laus, 28-6-1828; Circ. adm. I, pp.311s.

N.B. De exceptionibus quae sunt contrarium vitae communis.

- Aestimare et amare sincere vitam communem pauperem: est expressio sensibilis vinculi spiritualis communitatis, forma concreta et practica paupertatis voluntariae, efficacissima ad refraenandum egoismum individualisticum ut caritas servetur et crescat... valor satisfactorius et redemptrix...

- A priori et quasi ut postulatum principii, dare praeferentiam vitae communi supra exceptiones ... acceptare sacrificia necessaria, seipsum arctare (savoir se gêner), ut salvetur vita communis: la vie commune est toujours gênante...

- Sed in omnibus prudencia supernaturalis! Exceptiones evadere possunt necessariae... Humilitas et simplicitas, ut tunc potantur debita cum submissione atque eis utamur animo simplici. Sollicitudo paterna superiorum!

b)  Applicatio in concreto et in particulari principii de vita communi paupere. Art. 197-208.

1. Circa victum sive refectiones. Art. 197.

Sub respectu vitae communis pauperis. Infra, art. 313 sq., refectiones considerantur magis generaliter in disciplina religiosa.

Textus est primitivus. In ms.I (1818) legebant: "En qualité de pauvres, on se contentera d'une table frugale, sans distinction à raison des emplois ou de la dignité..."

C'est la traduction quasi littérale du texte correspondant de la Règle de saint Alphonse, 2.p., cap. I, art.1. Cf. Cosentino, o.c., I, p. 86.

Textus gallicus transivit in editiones latinas: Ed. Ia (1827), art. V, sec. eandem formam qua hodie adhuc legitur.

Commentarium.

"In paupertatis obsequium": par amour pour la pauvreté, pour honorer ou sauvegarder pratiquement la pauvreté... Non sufficit cultus platonius paupertatis. En materia in qua exerceri et sentiri potest...

"frugali mensa": table simple, ordinaire, sans recherche, sans raffinerie... Quod non impedit servire cibos in quantitate sufficiente, sollicitate praeparatos. . in tabulis et suppellectile mundis, prout commendatur matribus-familias etiam familiarum communis populi...

"omnes sint contenti": non mere subire, ita ut quis sit praeoccupatus utendi omni occasione lautius sibi satisfaciendi... sed bono animo, cum gaudio sedens in tabula pauperum... Ne pas faire la moue... critiques déplacées...

"Nulla habita dignitatum munerumque ratione": omnes, superiores, professores usque ad ultimum fratrem laicum, sedemus ad eandem tabulam familiae... Hoc tamen non excludit, ut ratio habeatur necessitatum realium et objectivarum: sanitatis, laboris extraordinarii (sive Patris, sive Fratris laici)...

2. Circa habitationem ejusque ornatum et suppellectilem. Art. 198-200.  
Logement et ameublement.

Dispositio generalis. Art. 198.

Invenitur fere taliter qualiter jam in ms.I (1818): "Les chambres seront petites, et les meubles pauvres et uniformes, c'est-à-dire, qu'on se contentera d'une table ou bureau sans clef, de trois chaises, quatre images, un crucifix de bois, deux ou trois livres spirituels et la sainte Ecriture."

In Regula S. Alphonsi statim post art. I de victu etc (supra) sequitur art. II de vestitu, et solum in art. III agit de habitatione et suppellectili. Ipsum autem textum articuli III de habitatione P. de Mazenod refert fere ad litteram. Cf. Cosentino, o.c., I, p. 86.

Ed. Ia (1827), art. VI, idem ac hodie paucis mutatis (in ed. 2a additur, post "crux lignea", "cum Christi effigie"; et in ed. 5a formula pristina "tabula scil. vel arca" fit "et arca").

Commentarium.

Praescribitur simplicitas et austeritas quales conveniunt religiosi et missionariis pauperum... Cf. Can. 594, §3.

Esse contenti et felices in austeritate nostrae habitationis ad eamque redire cum gaudio... Non desiderare luxum nec vitae commoditates superfluas mundanorum... Nec cumulare in cellulis nostris sexcenta objecta inutilia... Exemplum V. Fundatoris priorumque discipulorum: v. supra p. 34-35.

P. Dozois, Actus visitationis Manitoba 1911, pp.19-20 (cit. apud Card. Villeneuve, Commentaire, t.II): "Nous devons nous pénétrer de la vertu de pauvreté et la pratiquer en tout. Que nos maisons, à l'intérieur comme à l'extérieur, aient un cachet qui les distingue des constructions prétentieuses imaginées par le luxe de plus en plus extravagant des mondains. Ce cachet sera celui d'une noble simplicité et de la sainte pauvreté. Sous ce rapport, quand nous avons à construire, nous ne devons pas nous en rapporter simplement aux architectes. C'est à nous de leur imposer nos vues imprégnées de l'esprit de pauvreté, auquel ils peuvent ne rien connaître..."

"A propos d'ameublement et d'ornementation intérieure, j'ai été surpris de voir, dans certaines de nos maisons, des meubles, des tapisseries et autres objets comme je n'en avais jamais aperçus dans des maisons religieuses, ni chez nous ni ailleurs. J'ai le regret d'avouer que cette situation m'ayant été révélée peu à peu, je n'ai rien fait pour y mettre ordre. Je serais heureux d'apprendre que le R.P. Provincial ou les Supérieurs locaux ont réparé mon omission. Il y a là des objets dont il faudrait débarrasser la maison, dût-on en perdre totalement la valeur. Je ne fais pas d'exception pour les parloirs, sous prétexte qu'ils sont destinés au public. Ce n'est pas à nous à aller dans les maisons bourgeoises prendre des leçons de vanité pour les mettre en pratique après dans nos propres demeures. Nous devons plutôt donner aux gens du monde qui ont à franchir notre seuil, l'exemple et la leçon de la sainte pauvreté. Nous ne sommes pas, sans doute, appelés à réformer notre siècle par la pratique de cette vertu, comme l'ont été s. François et s. Dominique. Nous nous devons à nous-mêmes au moins de ne pas nous laisser entraîner par l'exemple des mondains à un luxe ridicule en lui-même la plupart du temps, et, en tout cas, contraire à l'état que nous avons embrassé..."

...  
C'est la générosité de nos amis, me dit-on, qui fait quelquefois entrer parmi nous des objets que nous n'oserions pas acheter de nos propres deniers. Pour un motif qu'on pourrait avoir de ne pas refuser des choses qui ne sont pas en rapport avec notre état, il y en a bien mille qui nous font une obligation de ne pas les accepter ou de ne pas en faire usage. Les explications qu'on donnerait alors à des amis dont la générosité aurait besoin d'être dirigée, ne pourraient que les édifier à l'égal peut-être des vertus qu'ils ont découvert en nous et qui ont provoqué leur affection."

Haec omnia autem non impediunt, quominus domus sint adaptatae vitae nostrae religiosae et apostolicae suaeque destinationi particulari (administrationis, scolasterii...) quod exigit quandam amplitudinem...

Piux XI, loquens de formatione seminaristarum saecularium: "Le Séminaire, dans sa construction matérielle elle-même, doit porter à l'austérité et faciliter l'esprit de sacrifice, comme c'était le cas pour le Grand Séminaire de Milan, édifié par S. Charles Borromée. Cela ne l'empêchait pas d'être une

magnifique construction, d'une beauté impressionnante dans ses lignes pures; car selon la réflexion très profonde de St Charles: "Les séminaristes doivent comprendre, à la maison qu'ils habitent, la grandeur de leur vocation." Mais c'était une beauté sévère: il y avait une grande salle d'étude, un grand dortoir, un grand réfectoire; tout y était commun, et d'un seul regard on pouvait suivre toute la communauté. Le séminaire avait presque l'air d'une caserne; mais puisqu'on dit que c'est la caserne qui fait le bon soldat, il est plus vrai encore de dire que c'est le Séminaire qui fait le bon prêtre. Et dans ce Séminaire de Milan se sont formées de nombreuses générations de saints prêtres. Toute l'ambiance y portait à l'austérité, et ceux qui sont capables de se soumettre à cette vie pendant leurs années de Séminaire sont bien formés.

"Dans un séminaire il ne faut pas de luxe; il importe que les futurs ministres de Dieu s'habituent et s'entraînent à l'abnégation, en suivant une règle commune". Cf. J.B. Frey, *Conseils sur la formation Eccle.* 2e éd. Rome, 1937, pp. 44s.

"arca sine sera", sicut decet in domo religiosa, ubi discretio simul et mutua fiducia inter membra et erga Superiorem (art. 589) regnare debent: est adhuc manifestatio quaedam vitae communis.

Hoc autem non impedit, quominus Superior et Oeconomus sub sera servant res discretas ac valores atque in absentia teneant portam cellae clausam...

Nec impedit, quominus omnes servant ab omni indiscretione res conscientiae. Spezialim summa discretio commendanda in Scholasteriis, Novitiatibus, imo et Junioratibus, ubi cellis particularibus carent...

"duo vel tres libri ascetici et Biblia sacra": admittitur proinde quaedam latitudo. Essentiale est, ut non acerventur libri qui non inserviunt usui quasi quotidiano. De iis quibus committitur labor specialis, vide art. seq.

N.B. 1. Non admittitur apud nos independentia in aedibus aedificandis aut transformandis vel exornandis. Cf. Acta Cap. 1949, art. 26-27.

N.B. 2. Aedes et cellae nostrae nomine alicujus Sancti vel mysterii insignentur. Cf. Acta Cap. 1949, art. 49.

Mos introductus a Fundatore nostro cf. epistolam P. Tempier 27-12-1820 de benedictione domus N.D. du Laus et de quadam praxi devotionis erga S. Patrum cellae cujusque.

#### Dispositio particularis quoad libros. Art. 199.

Substantia articuli jam habetur in ms. I (1818): "Les autres livres peuvent être fournis par la bibliothèque commune avec la permission du Supérieur..."

Est traductio textus italicici Regulae S. Alphonsi. Cf. Cosentino, I, p. 86.

Textus gallicus transivit in ed. I (1827) art. VII, quem leviter immutavit ed. 2a (1853) quae etiam addidit in fine "et communi quamprimum usui restituentur". Ed. 4a (1910), art. 212, substituit formulae primitivae "superiore permittente" sequentem "sub moderamine tamen superioris".

Commentarium.

Accidit aliquem habere suam bibliothecam quasi particularem libris numerosis et utilibus instructam, dum bibliotheca domus est forsitan in statu lamentabili... Quomodo adhuc salvatur nostra vita communis pauper?

Imo in hac materia facile ipsum votum paupertatis laedi potest (emere, accipere, servare, de domo in domum ferre libros absque Superioris licentia).

Observatio huius articuli exigit sensum paupertatis et seriam abnegationem suiipsius: pauperes non habent omnia sub manu ad commoditatem suam, dependent ab aliis...

Accedit exigentia caritatis fraternae qua quis reagit contra egoismum vel etiam simplicem oblivionem...

Juniores debent se formare ad istum sensum paupertatis et ad caritatem a tempore novitiatus et scholasterii ("et communi quamprimum usui restituentur!"), ut non reddant vitam communem difficiliorem.

Caeterum articulus non imponit observationem absolute et mathematice uniformem... Evidens est, quod ii quibus committitur munus particulare vel labor specialis exigens recursum quasi habitualement ad quosdam libros, illum aliter observabunt ac frater laicus... v.g. professores, magistri novitiorum, scriptores, ipsi scholastici...

Circa alia utensilia, Art. 200.

In ms.I (1818): "Les autres livres peuvent être fournis par la bibliothèque commune avec la permission du supérieur, comme aussi on pourrait se procurer quelque autre petite commodité nécessaire avec la même permission." Sicut V. Fundator legerat in Regula S. Alphonsi. Cf. Cosentino, o.c.I, p.86.

Commentarium.

"Eodem approbante": pro pluribus rebus, usus communis, licentia generalis vel rationabiliter praesumpta...

"alia nonnulla utilia aut necessaria": usus communis et legitima consuetudo plura permittunt; alia consuluntur ob munera particularia vel propter valetudinem.

Semper adhuc relinquitur generositati uniuscujusque possibilitas interpretandi illud "alia nonnulla utilia aut necessaria" ad morem pauperum. Ven. P. Chevrier, fundator instituti "Prado" (Lyon): "Celui qui a l'esprit de pauvreté a toujours de trop; il tend toujours à retrancher. Celui qui a l'esprit du monde n'a jamais assez... il va toujours en augmentant."

Ut apparet, paupertas quam imponit nobis Regula, non est absoluta: non est indigentia miserorum, mendicantium; sed relativa, ratione habita nostrae vocationis particularis, ministerii, spiritus proprii Congregationis.

3. De vita communi paupere quoad vestitum et accessoria. Art. 201-205.

Supra art. 194, dictum est de modo quo procurantur cuique vestimenta necessaria. Infra, art. 308 sq. quaestio erit de vestibus sub respectu generaliore vitae nostrae religiosae et missionariae. Hic vestitus considerantur secundum quod exigit nostra vita communis pauper.

Uniformitas in vestitu. Art. 194 (b).

In ms. I (1818) et in editionibus latinis ante 1910, de hac quaestio erat ubi de modo providendi sive procurandi necessaria. Cf. supra p. 31. Ita in ed. I (1827), XXXIV: "Sed nemini licet, pro voluntate sua, vestes sibi demandare." XXXV "Quorum uniformitati superior vigili cura prospiciet." Ed. 4a (1910), sequendo alium ordinem, scil. juridicum, in divisione generali de paupertate, sat infeliciter conjunxit in uno art. 207 (194 in ed. 5a) duos articulos editionum praecedentium.

Vestitum uniformitas - utique moralis - est exigentia nostrae vitae communis pauperis. Postulat non parvam humilitatem, abnegationem et generositatem. Ratio tenenda usui locorum, praesertim in exteris Missionibus.

Qualitas vestium et accessoriorum. Art. 201-205.(1) Norma generalis: "Humili... non sordido tamen". Art. 201.

Jam habetur in ms. I (1818): "l'habit du missionnaire sera également pauvre, mais propre et convenable à des prêtres honnêtes."

P. de Mazenod addidit textui Regulae S. Alphonsi (quae de vestitu agit in art. 2, ante habitationem: v. supra p. 36) verbum "propre". Cf. Cosentino, o.c. p. 86.

Ed. Ia (1827), art. IX. "Humili, pariter (vocabulum suppressum 1910) vestimento utantur..." Sicut adhuc hodie.

Commentarium.

"Humili vestimento...": i.e. "pauvre" (textus primitivus), "simple et modeste" (traductio gallica 1930), excludens luxum, originalitatem, "dernier cri", supremam commoditatem...

Affectatio (recherche) et vanitas in vestitu sunt indignae viro... ridiculae. Verior adhuc est de viro religioso, sacerdote et missionario pauperum.

Exemplum V. Fundatoris. Scribens ad P. Tempier 20-11-1816 e missione loco Marignam: "On m'a joué le tour de m'envoyer des culottes neuves, comme si mes vieilles rapiécées n'eussent pas suffi. Mais on a juré de ne pas vouloir seulement me laisser l'enseigne de la pauvreté."

Ep. 9-2-1824 ad P. Honorat: "Par la première occasion sûre, envoyez-moi mes souliers neufs. Je marche ici sur le chrétien. Vive la pauvreté!" v. apud Baffie, Esprit et vertus... ch. XIII.

"Non sordido tamen...": pas malpropre! pas de laisser-aller, de débrillé! Reverentia erga sacerdotium nostrum, charitas erga confratres et erga fideles prohibent sordiditatem, negligentiam, vulgaritatem... etiam durante labore manuali et exercitio corporali...

Diligentia honesta servanda praesertim diebus dominicus et festivis et extra domum.

Etiam fratres laici formentur ad istam honestam diligentiam...



(2) Praecisiones quaedam concretae. Art. 202-205.

Respiciunt praesertim materiam ex qua et excludunt materiam pretiosam. Omnes dispositiones (excepto art. 204) inveniuntur jam in ms. I (1818): cf. Missions, 1951, p. 46; sequuntur Regulam S. Alphonsi: v. Cosentino, o.c.I, 86s.

Pannus sericus (soierie) omnesque futilitates omnino prohibentur. Art. 202.

Usus rei argenteae vel aureae. Art. 203.

Principium. Art. 203.

Ms. I (1818) legit: "l'usage, soit en particulier, soit en commun, de quelque chose que ce soit en or et en argent sera également défendu, excepté pour les églises." Jam ms. IV (textus gallicus definitivus) omittit hanc ultimam praecisionem, utpote evidentem.

Casus exceptus. Art. 204.

Non invenitur in ms. I; sed jam apparet in ms. IV. In tribus prioribus editionibus, art. XII, legitur: "Hinc tamen excipiuntur et mensae supellex (gallice "couverts", italice "posate") et manualia horologia, si ex argento sint."

Ed. 4a suppressit parenthesis.

Non licet indebite extendere exceptiones. Cf. Mgr de Mazenod, Circul. 2-2-1857: "Je remarquerai que l'article de la règle, qui tolère les couverts et les montres en argent, ne doit pas s'étendre au-delà."

Et ipse excludebat in particulari "binoculos" (lunettes) ex argento.

Revera, data gravitate prohibitionis - quae apparet ex tenore verborum legis (insistentia et universalitas verborum articuli 203, tum in textu primitivo gallico, tum in textu latino), ex interpretatione traditionali constanti (textus Regulae nunquam mutatus nec mitigatus), ex connexionem harum dispositionum cum fine principali Congregationis ("evangelizatio pauperum") - non facile admitti potest ratio legitima ulteriorum exceptionum...

Qualitas vestium et calceorum. Art. 205.

Nota verba "vulgari", "communes": ergo non qualitas exquisita qua soli divites uti possunt...

Verba "ceteraque indumenta" non videntur referri ad vestes quae subtus portantur. De his regula latina nihil speciale praescribit; sufficit praescriptio generalis: "ad morem pauperum" (196), "humili vestimento" (201), "panni serici usus, et quaecumque vanam redolent futilitatem..." (202).

Manuscripta gallica autem harum brevem mentionem faciebant. Ita, in ms. I (1818): "les caleçons pourront être de lin ou de coton"; ms. IV (1825): "les habits de dessous la soutane de couleur noire".

"calcei communes" (ante ed. 5am: "calcei humiles"), i.e. simplices, prout legebatur in ms. I: "tout simples".

"sine fibulis" (sans boucles: ms. IV), utique artificiosius, argenteis, prout frequenter tunc temporis portabant episcopi alique clerici...

N.B.1. Articuli 202-205 sunt interpretationes et applicationes, utique authenticae, legis generalis. "Humili vestimento utantur missionarii" (201). Adjuncta particularia locorum et temporum exigere possunt alias applicationes (in regionibus tropicalibus "vulgaris lana nigri coloris" non possibilis; in Japonia et Sina pannus sericus est forsitan sat communis). Essentiale est, ut semper servetur illud "ad morem pauperum" (196)...

N.B. 2. Adhibendo materiam pretiosiore (aurum, argentum etc), nonne studebimus "oeconomiae" et sic tandem aliquando magis salvabimus paupertatem?

R/ 1. Certo est aliqua "oeconomia" virtuosa, pertinens ad prudentem administrationem bonorum temporalium, moderans sumptibus, medium tenens inter avaritiam et dissipationem. Sed, utpote virtus moralis, exerceri debet sec. cujusque conditionem: aliter a paupere, aliter a divite!

2. P. de Mazenod optime sciebat aurum, argentum etc esse metalla duriora, inalterabiliora, et, generatim, qualitates materiae esse elementum valoris rerum, quo fiat ut res e materia pretiosa non sint accessibilia nisi divitibus. Voluit, ut medium teneamus inter vilitatem (la camelote) et excellentiam (le superfin).

3. Paupertas evangelica excludit essentialiter affectum ad divitias, ad bona temporalia. Aliqua forma "oeconomiae" facillime celare potest talem affectum...

4. Vita communis pauper excludens copias rerum private sepositas.

Art. 206-208.

Avoir des provisions, dépôt de linge, friandises dans sa chambre...

Istae dispositiones jam in ms. I (1818) inveniuntur: cf. Missions, 1951, p. 47. Est transductio fere litteralis textus e Statutis Capitularibus Redemptoristarum 1802, cap.2, art.3. Cf. Cosentino, c.c., I, p. 89.

Textus gallicus transivit taliter qualiter in editiones latinas.

In ed. 2a et 3a format articulos XXX, XXXI, XXXII (inter articulos qui respiciunt votum paupertatis), qui in ed. 4a (1910) occupabunt praesentem locum. Usque ad ed. 4am incl. legebatur: "... linreamina, cocolatam, aromatitas (gallice "liqueurs"), fructuum confectiones..."

#### Commentarium.

Excluditur, ut quis habeat copias privatim sepositas (provisions). Art. 206. Quoad linreamina, cf. art. 645 sqq.

"aut quid simile", v.g. medicinas, ne quis faciat de sua cellula verum pharmacopolium..

Non autem excluditur usus personalis ordinatus harum rerum. Art. 207. Secundum necessitatem et naturam rei potest quis habere penes se sufficientem et rationabilem quantitatem pro usu corrente.

Ut commentarium practicum horum duorum articulorum haberi potest schema propositum in sic dictis "Emendationibus" intuitu editionis 5ae: "Linreamina, sculenta quaecumque, medicinae aliaque similia, etiam quae usui privato destinantur, in loco communi servabuntur sub cura specialis administri, cujus erit

omnia necessaria providere, "juxta probatam consuetudinem vel specialia Superioris praescripta."

Speciatim quoad usum tabaci, Cf. Acta Cap. 1949, art. 30; Circulaire 164 (19-3-1939), pp.20s; Circul. 193 (1-9-1951).

Universalitas dispositionis: sese extendit ad omnes, etiam Superiores.  
Art. 208.

## II. Extensio virtutis paupertatis ad res spirituales connexas. Art. 209-212.

Sunt res in se quidem spirituales quae tamen sat proxime tangunt vitam communem pauperem Oblatorum.

### a) - Applicatio missae quotidianae. Art. 209-210.

Est occasio acquirendi bonum temporale sub forma stipendii et proinde subveniendi ex parte expensis communitatis: est modus quidam participandi vitae communi pauperi. Principium admissum fuit ab initio quamvis modalitates diversas mutationes subierint decursu temporum.

#### Historica evolutio.

P. de Mazenod legerat in Statutis capitularibus Redemptoristarum 1802, c.IV, n.16, dispositionem circa applicationem missae quotidianae (vide textum apud Cosentino, o.c. I, p. 89) eamque fere taliter qualiter assumpsit in ms. I (1818): "Les prêtres de la Société appliqueront chaque jour la messe à la décharge de la maison qu'ils habitent. - Seulement pendant les octaves de Noël, de Pâques et des morts chaque prêtre pourra appliquer une seule messe par octave pour qui bon lui semblera, mais sans en tirer de rétribution."

Ed. Ia (1827) reproducit latine eandem dispositionem, scil.

"XXVI. Sacerdotes nostri quotidie quinqué pro domo quam actu inhabitat, missam persolvit.

XXVII. Dumtaxat per actavas Nativitatis Domini, Paschatis et Defunctorum, quisque nostrum poterit unicam in octava missam pro quo libuerit persolvere; sed istius missae stipendium non percipiet."

Decr. S. Sedis 1866, applicans nobis disciplinam communem, postulavit, ut "Liberum sit piae Societatis Presbyteris saltem semel in mense Missam applicare prout magis ipsis placuerit". Cf. Circ. 17 (29-6-1866), p. 9 (T. I, p. 161). Exinde Capitulum gen. 1867 immutavit art. XXVII Regularum hoc sensu: "Semel dumtaxat per mensem, quisque nostrum poterit Missam pro quolibet persolvere; sed istius Missae stipendium non percipiet".

Articulus in hac sua nova forma fuit receptus in ed. 3a (1894) et talis manet usque in praesens.

Circa adnotationem Missae celebratae decretum S. Sedis 1866 jam commendavit "Missae in respectivis libris adnotandae erunt manu sociorum celebrantium, minime vero manu sacristae". Cujus executionem Sup. Gen. ordinavit in Circ. 17 (29-6-1866), pp.9sq. (T.I, p.161).

In ed. 4a (1910) Regularum addiderunt in priore articulo "quam in libro ad hoc destinato manu propria adnotabunt."

Ed. 5a (1928), art. 209, clarificavit expressionem "pro domo quam actu inhabitat" sec. praxim traditionalem dicendo "pro domo cui adscriptus est vel, si sit in alia domo, pro illa quam actu inhabitat."

#### Commentarium.

##### 1- Principium applicationis missae quotidianae pro domo. Art. 209.

Quamvis applicatio Missae sit actus internus, nihilominus imperari potest ab auctoritate religiosa. Cf. S.C. Rel. 3-5-1914: "Superiores religiosi praecipere possunt subditis suis, etiam in virtute sanctae obedientiae, ut ipsi celebrent secundum intentionem a Constitutionibus praescriptam vel ab ipsis Superioribus statutam, salvis exceptionibus a Constitutionibus vel a legitima consuetudine sancitis". (Acta A.S. 1914, p. 231).

"pro domo cui adscriptus est", i.e. pro domo ad quam pertinet per obedientiam. Proinde ille qui est extra suam domum (in itinere, in paroecia extranea, in sua familia...) continuat celebrare pro sua domo ad quam pertinet.

"vel si sit in alia domo, pro illa quam actu inhabitat", i.e. pro illa in qua pernoctavit. Ita praxis habet.

Hoc valet etiam, de se, in casu quo quis commorans in alia domo ibi sacrum ministerium peragit. "Superiores autem utriusque domus de Missarum eleemosynis inter se decernent". Act. Cap. 1949, art. 31 - Circ. 17 (29-6-1866), p. 10 (T.I, p. 162). Practice autem, ex tacita conventionem inter Superiores competentes sat universaliter admissa hodie Missionarius continuat celebrare pro sua domo propria cui adscriptus est.

Nota quod olim ministerium praestitum in alia communitate oblatica v.g. praedicatio exercitiorum spiritualium, censebatur gratuitum utpote auxilium caritatis fraternae, solutis tamen expensis factis pro itinere etc. Ita RR. P. Fabre in Circ. 17 (29-6-1866) p. 10 (T.I, p. 162): "Un Père est-il appelé momentanément dans une maison afin d'y exercer quelques fonctions du saint ministère, il applique pour cette maison et non pour celle à laquelle il appartient. Il est bien entendu que la maison où il travaille doit tenir compte des frais de voyage ou autres dépenses, mais sans avoir rien à offrir pour le travail qui a été fait. Nous ne devons pas oublier que nous sommes membres de la même famille..."

"quam in libro ad hoc destinato manu propria adnotabunt": cf. supra p. 43. Nota monitum Capituli Gen. 1904: "Si cette inscription avait été oubliée par quelqu'un, on ne doit pas la faire à sa place avant d'avoir acquis la certitude que cette messe a été dite.

##### 2- Exceptiones: "La messe du mois". Art. 210.

RR.P. Fabre, Circ. 17, l.c. p. 9: "D'ailleurs cette concession d'une application par mois est facultative: "Liberum sit" (Decret. 1866). Nous espérons que ceux des Nôtres qui connaissent les besoins de la Congrégation ne lui refuseront pas le concours qu'ils lui ont accordé jusqu'à présent."

b) Dignitates et munera extra Congregationem. Art. 211-212.

Reddunt vitae communis pauperis exercitium difficilium, imo in periculum ponere possunt...

Textus jam legebatur in ms.I (1818): "Conformément à ce voeu, ils s'obligeront à ne pas prétendre, soit directement, soit indirectement, à quelque dignité, bénéfice ou office, de quelque sorte que ce puisse être, hors de la Société. - Et supposé même qu'ils leur soient offerts, ils seront tenus de les refuser et d'y renoncer, à moins qu'ils ne soient contraints de les accepter par un précepte formel d'obéissance par le Souverain Pontife ou par le Supérieur Général."

N.B. Est transductio litteralis textus italici Regulae S. Alphonsi, 2.p., cap.I, §1. "Del voto di poverta", art. VI. Cf. Cosentino, l.c., I, p. 86.

Dispositio transivit in editiones latinas, manens substantialiter semper eadem, ut apparet ex comparatione cum textu ed. lae (1827):

XXXVIII. Juxta paupertatis votum (suppressum in ed. 4a), prorsus a se removeere tenentur omnem dignitatem...

XXXIX. Hujusmodi munera etiam sponte oblata recusent et abdicare teneantur nisi ad ea suscipienda per Summi Pontificis, vel Superioris Generalis, vel Capituli, si agatur de Superiore Generali, mandatum adstringantur".

In ed. 4a (1910) simplificaverunt ultimum articulum resumendo per "legitimum mandatum".

Commentarium.

Agitur imprimis de dignitatibus, muneribus ecclesiasticis, v.g. de munere parochi, de canonicatu, de episcopatu, de officio Vicarii Generalis (cf. Decret. S. Sedis 1866 - Circ. 17, p.8 T. I, p. 160)... A fortiori valet de muneribus civilibus (rédaction d'un journal, direction d'oeuvres sociales, maire, député)... cf. Can. 367; 592/139.

Prohibentur tituli dignitatum vel officiorum etiam mere honorifici: C.J.C. can. 515.

Rationes dispositionis apparent: periculum pro vita communi paupere... periculum ne opera propria Congregationis detrimentum capiant... ne vincula cum Congregatione relaxentur... Obligationes generales vitae religiosae: humilitas, paupertas, mundi fuga, vita dedita orationi et recollectioni inducunt praecise religiosos, ut relinquunt dignitates, honores, beneficia, munera saecularibus, nisi exceptionaliter graves rationes obligant ad ea suscipienda ex obedientia. Cf. C.J.C., can. 626.

Praxis in nostra Congregatione: P. Tempier nominatus Vicarius generalis Massiliae: cf. Rey, I, p. 300.

P. de Mazenod ut Vicarius Gen. Massiliensis: votum secretum et unanime in Capitulo gen. 1824. Cf. Actes du Chap. gén. 1824 (ed. Missions 1952, No 279, pp 54s). Ejus promotio ad sedem Massiliensem: Cap. gen. 1837. Quid ipse cogitavit de elevatione suorum filiorum ad episcopatum: cf. Yenveux, t. II.

RR.P. Fabre et elevatio P. Balafin ad episcopatum: cf. Circul. 28 (25/11/1877): T. I, pp. 331-337.

D) Monita ultima

de

observatione paupertatis religiosae

Art. 213-216.

I. Cura circa paupertatis perfectionem servandam in Congregatione. Art. 213.Historia textus.

Jam in initio apparet idea fundamentalis hujus dispositionis. Ms. I (1818): "Tout ce qui vient d'être dit sera observé avec une scrupuleuse exactitude sous les peines les plus graves, fût-ce même par l'expulsion des contrevenants du sein de la Société; si bien que le supérieur, quand même ce serait le supérieur général, qui par faiblesse aurait laissé introduire quelque innovation contre la pauvreté, pourrait être déposé de son office et privé de la voix active et passive."

Est transductio quasi litteralis textus italici Regulae S. Alphonsi, 2 p., cap. I, § I, art. VI. Vide textum apud Cosentino, o. c. I, p. 86sq.

Textus gallicus transivit in editiones latinas. Ed. Ia (1827), art. XL. "Quaecumque hucusque dicta sunt, exactissime servabuntur sub gravissimis poenis, etiam expulsionis refractariorum de sinu Societatis; imo Superior ipsemet generalis si nimia facilitate aliquam innovationem paupertati contrariam adsciverit, ab officio suo deponi posset, ac voce tum activa, tum passiva privari."

Ita etiam in editionibus 2a et 3a (art. XLIV).

Ed. 4a (1910), art. 226, adoptavit textum praesentem, servatum in ed. 5a (1928). Etsi forma sit mitior, tamen sufficienter adhuc exprimit graves praerogationes Fundatoris in hac re paupertatis.

Nihil amplius dicit de sanctionibus. Vide autem jus commune: can. 2389.

Commentarium.

Quodsi Superiores in omni materia exemplum fidelitatis Constitutionibus dare debent (cf. art. 228, 439, 548, 585), valet praesertim in materia paupertatis. Puritas et efficacitas nostrae vitae religiosae, sacerdotalis et apostolicae ac insuper existentia ipsa nostrae Congregationis intime connectuntur cum paupertate tamquam conditione sine qua non. Cf. art. 176.

Unde pressius invitantur, ut vigilant ne innovationes subrepanit quae sint in periculum spiritus paupertatis. Media praecipua hujus vigilantiae: non permittere quod nequeunt permittere - impedire transgressionem quantum possunt - docere, instruere, explicare, in mentem revocare, insistere... - docere praesertim per proprium exemplum, sicut V. Fundator noster.

Conatus fere omnium Capitulum generalium et Superiorum generalium in hoc sensu... Cap. gen. 1953: cf. Circul. 203 (8/12/1853), pp. 8-11 (T. VI, pp. 114-117).

Attamen, non omnis innovatio in ordine rerum temporalium est necessario "paupertati contraria", i. e. paupertati religiosae et apostolicae. Immutationes oeconomicae secum trahere possunt immutationes conditionum vitae etiam apud pauperes. Ipsa S. Sedes permittit, imo imponit certas adaptationes. Cf. supra p. 16; Circ. 203 (8-12-1853), p. 8 (T. VI, p. 114).

Non solum superiores, sed et omnes Oblati prae corde habere debent, ut intacta seruetur observantia paupertatis: v.g. non sollicitare licentias contrarias Constitutionibus ac consuetudinibus nostris, curare ne facto nostro introducatur mitigatio periculosa... Quod attinet ad usus existentes, quisque se eis conformet, nisi sint certo contrariae Constitutionibus, in quo ultimo casu fidelis sit suis obligationibus "fortiter et suaviter", saepe-saepe silendo. Cf. M.-M. Philippon, Ste Thérèse de Lisieux: Une vie toute nouvelle. 2ème édit. pp. 42s.

S. Ignatius obligat professos S.J., ut promittant "se ad innovationem Constitutionum, in iis quae ad Paupertatem pertinent, nihil facturos, nisi aliquo modo pro rerum occurrentium ratione, eam in Domino magis restringendam iudicarent." (Constitutiones S.J., p. VI, c.2, n.1).

## II. Cura de progressu Oblatorum in virtute paupertatis. Art. 214.

Textus jam apparet in ms.I (1818), in fine paragraphi de paupertate: V. "Missions", 1951, p. 49. Primus textus latinus: v. in ed. Ia, art. XLV, "Missions", 1951, N. 277, pp. 384s.) Fere litteraliter idem manebat usque hodie.

### Commentarium.

Superiores non indigent quaerere occasiones extraordinarias experiendi exigentias paupertatis religiosae et apostolicae: adjuncta vitae quasi quotidianae administrant sufficienter hujusmodi occasiones. Importat ea videre eisque uti, potius quam ea semper e medio tollere, quasi essent supremum nocumentum...

Evidens, quod ista sollicitudo de progressu in virtute paupertatis incumbit omnibus et singulis potius quam Superioribus. Et id quod in hac re importat super omnia est vere et sincere amare paupertatem, ad exemplar D.N. J.C., Mariae et Joseph, Apostolorum, S. Francisci Assisiensis... Ista praedilectio paupertatis pro amore Christi erit quasi anima omnis praxis et omnium renuntiationum paupertatis nostrae. Si illa abest, non remanebit magnum quid paupertatis evangelicae... ad summum quaedam formalitates juridicae (petere quasdam licentias...)

## III. Discretio servanda in praxi paupertatis evangelicae pro Oblatis. Art. 215-216.

### Nunquam fiat mendicitas!

Textus jam in initio fere idem ac hodie. Ms (1818): "Missions", 1951, p.48.

Ed. Ia latina (1827), art. XLI-XLII: "Missions", 1951, N.277, p. 384.

V. Fundator legerat hanc dispositionem in textu italico Regulae S. Alphonsi. 2 p., cap.I, §I, art. VII (V. Cosentino, o.c., p. 87).

### Commentarium.

#### a) Principium prohibens mendicationem. Art. 215.

Est applicatio legis generalis Ecclesiae: Can. 622.

Mendicatio sive quaestuatio prohibita est "personalis et satis generalis quaesitio eleemosynarum" (Vermeersch, Epitome Juris Can. ed. 5a, I, N.781).

Non est ergo mendicatio: recipere dona sponte oblata... facere in ecclesiis nostris vel occasione Missionum collectas usuales... patefacere in

periodicis necessitates Missionum externarum aliorumque operum, praesertim formationis... organizare conferentias horum intuitu... monere fideles modo generali ut pro posse subsidium ferant piis operibus...

Dummodo haec omnia fiant debita discretione!

b) Recursus exceptionalis et personalis ad benefactorem. Art. 216.

Etiam in hoc casu servare discretionem... nunquam sacrificare libertatem... ne jamais accaparer ni exploiter...

N.B. Sequendo Regulam S. Alphonsi, V. Fundator determinavit redditus cujusque domus in ms. I ("Missions", 1951, pp.48 s) et in ed. Ia, art. XLIII et XLIV ("Missions", 1951, sept. ). Istaе dispositiones suppressae sunt jam in ed. 2a (1853).



PARAGRAPHUS SECUNDA

DE VOTO ET VIRTUTE CASTITATIS.

NOTAE PRAEVIAE.

1. Titulus paragraphi.

In ms. I (1818) et sequentibus: "Du voeu de Chasteté".

In editionibus 1a, 2a et 3a: "De castitatis voto".

In ed. 4a (1910) et 5a (1928): "De voto et virtute castitatis".

2. Praesentatio exterior hujus paragraphi.

Aliter ac in paragraphis de paupertate et de obedientia, deest hic prooemium asceticum de excellentia et necessitate Castitatis evangelicae.

Rationes? Plerique candidati erant jam sacerdotes vel clerici aut saltem se destinaverunt sacerdotio... Erat specialis necessitas convincendi sodales de necessitate paupertatis evangelicae et obedientiae perfectae...

Materia tractatur brevissime, non quia esset minimi momenti, sed quia doctrina generalis et consilia Theologiae Moralis et Spiritualis sufficere possunt. Castitas evangelica non est quaestio legislationis complicatae, sed ante omnia quaestio amoris generosi et delicati: cf. I Cor. VII, 32sq.

Virtus castitatis, magis quam aliae virtutes morales, est "ordo amoris" (St August.).

3. Divisio paragraphi.

A- Votum castitatis religiosae: ejus vis et locus in Congregatione. Art. 217-218.

B- Virtus castitatis exercenda ab Oblatis. Art. 219-221.

A- DE VOTO CASTITATIS RELIGIOSAE APUD OBLATOS.

Art. 217-218.

Isti duo articuli desunt in manuscriptis gallicis et in tribus prioribus editionibus latinis. Textus hodiernus est editionis 4ae (1910), art. 230 sq.

Attamen, in ed. 2a (1853) et 3a (1894) hodiernus articulus 218, simul cum art. sequenti, efformat art. I: "Cum castitatis virtus Dei Filio pergrata sit et apostolico viro tam necessaria, omnes de Congregatione illi, voto se obstringunt, et eam diligentissime custodire satagent".

I. Vis (la portée) nostri voti castitatis. Art. 217.

Est votum publicum simplex castitatis, prout imponitur omnibus Congregationibus: susceptio publica, voto firmata, consilii evangelici castitatis servandi. (Can. 487).

Est autem consilium evangelicum castitatis renuntiatio, per amorem boni superioris, i.e. Dei ejusque servitii, conjunctioni matrimoniali et conse-

quenter omni quaesitioni voluntariae delectationis sexualis. Cf. Mth. XIX, 10-12 - I Cor. VII, 32-35.

Est proinde castitas perfecta, quatenus distinguitur a castitate matrimoniali. Omnes tenentur servare virtutem castitatis, etiam conjugati. Christus Dominus ejusque Apostolus animis generosis consilium dant eam perfectius pleniusque servandi, ut sic Christum pressius sequantur in servitio Patris...

Non est autem idem ac virginitas proprie dicta. Haec enim consistit in firmo proposito servandi, in obsequium Dei, integritatem corporalem quatenus non amittatur per quaesitionem voluntariam, legitimam (in matrimonio) vel illegitimam, delectationis venereae. Addit proinde super castitatem elementum speciale, scil. incorruptionem in re venerea, et ex hoc habet specialem laudem virtutis. Viduus vel vidua, imo vinculo matrimoniali actu conjunctus, relicta vita matrimoniali profiteri possunt consilium evangelicum castitatis et castitatem religiosam, quamvis virginitatem amiserint, et quidem irrevocabiliter (S. Joanna Fremiot de Chantal, S. Francisca Romana...)

Quandoque "virginitas" sumitur sensu lato, scil. pro statu celibatus electi e motivo superiore amoris Dei ejusque servitii...

Nostrum votum castitatis importat proinde duplicem obligationem essentialem:

a) Servandi celibatum. Est obligatio primaria.

Propter amorem Dei aliquis eligit conditionem vitae, in qua, de se, sit liberior ad vacandum eis quae sunt Dei. Cf. I Cor. VII, 32sq.

"Celibatus" qui est objectum consilii evangelici et nostri voti castitatis est celibatus religiosus, habens suum motivum sine "objectum formale quo" proprium estque ordinis moralis et religiosi. Et sic differt a celibatu civili. Non agitur proinde de facto mere materiali, quo quis non est matrimonio conjunctus: hoc est res pertinens ad "statum civilem", estque quid negativum ac potest habere motiva varia, forsitan sine ullo valore morali...

Est essentielle celibatui religioso, ut procedat e motivo superiore, virtuoso, religioso, atque ab eo informetur, sitque imprimis quid positivum, scil. firma et amantissima voluntas praeferendi Deum ejusque servitium: "Virgo cogitat quae Dei sunt, quomodo placeat Deo..." - "Sunt eunuchi, qui seipso castraverunt propter regnum coelorum".

Ex hoc praecise habet specialem bonitatem et proponitur ut consilium boni melioris. Cf. S. Augustinus, De Virginitate, no 28 (ubi loquitur quidem de virginitate, idem autem valet de castitate religiosa): "... Neque enim et ipsa (i.e. virginitas carnis) quia virginitas est, sed quia Deo dicata est, honoratur; quae licet in carne servetur, spiritus tamen religione ac devotione servatur... In animi bonis illa continentia numeranda est, qua integritas carnis ipsi Creatori animae et carnis vovetur, consecratur, servatur."

Ibid., no 11: "Nec nos hoc in virginibus praedicamus, quod virgines sunt; sed quod Deo dicatae pia continentia virgines (ce que nous louons dans les vierges, ce n'est pas le fait d'être vierges, mais de s'être consacrées à Dieu par une continence religieuse...) Illa igitur virgo conjugatae merito praepositur, quae... speciosum forma prae filiis hominum sic amavit, ut quia eum sicut Maria carne concipere non posset, ei corde concepto etiam carnem integram custodiret."

Hoc tamen non excluditur, quominus aliqua vocatio religiosa vel sacerdotalis primitus procedat e motivo inferiore, plus minusve mundano (deceptiones...). Tale motivum potest esse occasio vel prima impulsio, dummodo candidatus sese elevet paulatim ad verum ac proprium motivum celibatus religiosi. Istud percipi potest ab adolescente subobscura, permixtum aliis motivis imperfectis. Interest eum adjuvare, ut progressive clarificet et purificet motivum suae electionis, ejusque conscientiam acquirat lucidiorem.

Est obligatio gravis, ita ut contrahere matrimonium vel illud attentare absque praevia dispensatione sit graviter illicitum, stante professione etiam temporali (can. 579). Votum simplex castitatis perfectae est impedimentum prohibens matrimonii (can. 1058).

Sanctiones quae ostendunt gravitatem obligationis: can. 646, §1, no3 (ipso facto habendi ut legitime dimissi); can. 985, 3o (irregulares ex delicto); can. 2388, §2 (stante professione perpetua: excommunicatio latae sententiae Ordinario reservata).

b) Obligatio dupliciter sacra abstinendi a quocumque actu castitati opposito.

Est materia secundaria et consequens voti religiosi castitatis: abstinere ab omni quaesitione voluntaria delectationis sexualis sive venereae, ita ut actus oppositi virtuti castitatis sint vitandi etiam titulo voti.

Et quidem quicumque actus oppositi virtuti castitatis. Ergo non solum illi qui ei opponuntur simpliciter et absolute quique prohibentur omnibus, sed etiam illi qui opponuntur castitati solum relative, si scil. fiunt extra legitimum matrimonium...

Ergo etiam actus mere interni (delectatio morosa, desideria libere admissa), sec. doctrinam communem.

Quid de actibus oppositis virtuti pudicitiae, scil. actus (aspectus, tactus...) implicantes delectationem sensualem sive sensibili-carnalem? Videtur idem dicendum. Nam hujusmodi actus prohibentur praecise propter suum influxum naturalem in delectationem sexualem proprie dictam. Cf. 2.2, q.143; q.151, a.4. Attamen tales actus admittunt materiam levem.

Obligatio ex "novo titulo, i.e. ipsius voti". Apud nos observatio castitatis non est solum res virtutis temperantiae, sexti et noni praecepti, sed etiam virtutis religionis, cultus divini, importans obligationem gravem. Et transgressio non est solum luxuria vel impudicitia, sed etiam infidelitas in promissione Deo facta et sacrilegium.

Attamen, ligamen voti non est solum circumstantia aggravans peccatum, sed etiam et magis adhuc munimentum virtutis; sicut in matrimonio obligatio fidelitatis, resultans e contractu matrimoniali, est tutamen castitatis conjugalitatis...

c) Apparet nostrum votum castitatis implicare in concreto triplicem renuntiationem quam acceptamus ex amore praedilectionis intuitu boni melioris.

1. Renuntiatio affectiva, qua renuntiamus desiderio naturali amoris particularis et permanentis erga alteram personam in communitate intima vitae...

in ordine ad amorem superiorem, puriorem, universalio-rem, scil. Ipsi-  
CHRISTI ejusque ECCLESIAE... Cf. I Cor. VII, 32sq; 2 Cor. XI, 2.

2. Renuntiatio genitalis, qua renuntiamus paternitati secundum carnem  
ejusque dignitati et satisfactionibus...

in ordine ad paternitatem superiorem, universalio-rem, scil. paternitatem  
animarum, ut sic provideatur ad propagationem vitae spiritualis, filiorum Dei...

Pius XII, Exhortatio Apostolica ad clerum mundi catholici, 23-9-1950:  
"Par cette obligation du célibat, bien loin de perdre entièrement le privilège  
de la paternité, le prêtre l'accroît à l'infini, car la postérité qu'il ne  
suscite pas à cette vie terrestre et passagère, il l'engendre à la vie céleste  
et éternelle."

3. Renuntiatio physiologica qua renuntiamus satisfactionibus impul-  
sus instinctivi appetitus sexualis...

in ordine ad valores superiores (ad Dei amorem generosio-rem, plenio-rem;  
ad continuendum opus redemptionis; ad veram libertatem conquirendam; in prae-  
parationem vitae aeternae... Multi se abstinere a variis satisfactionibus  
ob fines mere terrenos (victoria in competitionibus sportivis, sanitas, stu-  
dia...): cf. I Cor. IX.25. In ipsa vita matrimoniali passio sexualis sub-  
ordinari debet finibus superioribus...

Praedicta renuntiatio non consistit proinde in hoc, quod quis vellet  
pulsus instinctivos ignorare, negare, anxiose e medio conscientiae tollere;  
sed potius in hoc, ut eos lucide subordinet realitatibus superioribus aesti-  
matis et praedilectis, ut faciat ex illis materiam sacrificii pro istis.  
Est vera et progressiva liberatio, gratia Dei adjuvante.

d) Apparet excellencia voti castitatis ejusque superioritas super votum  
paupertatis. Cf. IIaIIae, q.186, a.4; a.7;8; - Q:188, a.7, ad lm.

## II. Locus voti castitatis in Congregatione Oblatorum. Art. 218.

Quamvis iste articulus sit posterior, tamen jam in Ia formula Oblationis  
fit expresse mentio voti castitatis (ms.I (1818): cf. Missions, 1951, p.92)  
et in Ia emissionem generali votorum (1-11-1818) antecessores nostri explicite  
vovebant castitatem.

V. Fundator ejusque primi discipuli statim ab initio complectebantur in  
sua perspectiva suppletionem institutorum religiosorum (ressuscitare et fovere  
eorum pietatis ardorem, pia ministeria, virtutes, observantiae vitae exercita-  
tiones, etc... art.4). Jamvero observatio consilii evangelici castitatis  
voto firmati est pars essentialis status religiosi. Cf. Can. 487.

Conatus intuitu vitae christianae perfectae, vere evangelicae, implicat  
etiam observationem plenio-rem castitatis...

Praeterea, consilium evangelicum castitatis convenit Oblatis speciatim  
quatenus sunt missionarii pauperum: renuntiant vitae familiari, ut sint tota-  
liter ad dispositionem aliorum...

Castitas evangelica est servitium sociale ad procuranda bona superiora  
humanitatis, sine quibus homines silvescunt; cognitio, amor et servitium  
veri Dei, educatio moralis et religiosa populorum...

Unde "huic voto se adstringunt" Oblati.

Vovent, voto publico, suo Creatori istud bonum intimum, vitale, personale nubendi et vitam transmittendi, quod nec Status nec parentes absolute impedire valent eo quod resultat immediate e vita a Creatore accepta. De hoc jure disponimus, amore Dei moti, in ejus servitium totale, in ministerium vitae superioris, vitae animarum...

"Huic voto omnes de Congregatione se adstringunt". Ut quis sit vere de familia religiosa et missionaria Oblatorum Sanctissimae et Immaculatae Virginis Mariae amplecti debet votum publicum castitatis evangelicae...

Et quidem "omnes de Congregatione huic voto se adstringunt", etiam juniores 17 vel 18 annorum, qui adhuc longius distant a subdiaconatu et sacerdotio; etiam illi qui nunquam initiabuntur ordinibus sacris, ffatres laici. Candidati ad ordines sacros exspectare debent 21 annos completos. Ecclesia consentit, ut possimus peragere consecrationem publicam nostrae vitae jam aetate 17a vel 18a, ut Deo offeratur praecise vitae periodus pulcherrima et ardentissima... Sumus tunc forsitan "idealistae", quod minime impedit, quominus simus simul quoque, et insigniter, "realistae" convictione personali de superioritate valorum spiritualium, vitae integre devotae CHRISTO ejusque Ecclesiae...

"Huic voto omnes... se adstringunt", se lient, vere se obligant coram Deo et Ecclesia... sicut analogice in matrimonio. Et consequenter libere, deliberate, post conveniens examen vocationis et debita scientia de re qua agitur, quod nullo modo exigit cognitionem exhaustivam et "experientiam vitae"... prout eam nec exigunt pro nuptiis, non obstantibus illusionibus et deceptionibus communiter contingentibus.

Ex voto resultat obligatio fidelitatis. Salvare semper et excolere ideam elevatam fidelitatis verbo dato... Et si durante vita sentimus quandoque latitudinem et profunditatem nostri sacrificii, non est ratio denuntiandi promissionem Deo factam... Executio cujusque promissionis et contractus plus minusve gravat certis momentis... Fecimus votum castitatis, non per ignorantiam vel despectum matrimonii, sed quia perspectum habuimus titulum Dei ad praeferentiam nostram, qua meretur totum nostri. Et in hoc nulla immutatio intervenit: manet semper verum per quascumque vitae experientias.

B) De virtutis castitatis exercitio et progressu  
in Congregatione Oblatorum B.M.V.I.

Art. 219-221

Exercendo virtutem castitatis ac in ea progrediendo, Oblati simul in tuto ponunt observationem voti castitatis. Mutuus influxus voti et virtutis.

I. Summa regula in hac materia. Art. 219.

"Eam diligentissime custodire satagent": avoir une vraie sollicitude pour cette vertu à garder et à développer.

a) Textus est primitivus. Jam in ms I (1818) legitur: "Cette vertu étant si chère au Fils de Dieu et si nécessaire à un ouvrier évangélique, les sujets de notre Société seront très attentifs à la conserver précieusement."

Hanc dispositionem V. Fundator invenerat taliter qualiter in Regula s. Alphonsi, 2.p, cap.I, §2, cf. Cosentino, o.c. I, p. 91.

Manebat substantialiter idem per omnes editiones latinas, cf. supra p.49.

Commentarium.

Debemus creare in nobis et apud alios convictionem personalem et firmam voluntatem: "satagere ad castitatem diligentissime custodiendam".

Quaeritur a me, ut sim activus, sollicitus (faire des efforts), ad custodiendam et evolvendam hanc magnificam vim vitalem. Si, in praesenti ordine, omnis virtus exigit conatum animi, hunc exigit particulariter virtus castitatis. Est enim laboriosa: "laboriosa castitas" (S. Cyprianus, De bono patientiae).

Ista convictio sit lucida, firma, tranquilla, constans... minime vero praeoccupatio timorosa, anxiosa, scrupulosa, morbida obsessio...

Motiva indicantur duo ad informandam et vivificandam nostram convictionem:

"virtus Dei Filio pergrata". Non sufficiat nobis analyzare castitatem scientificè, quasi in abstracto. Importat summopere eam videre in concreto, i.e. in CHRISTO JESU quem praediligimus, cujus sumus sacerdotes et missionarii, qui est "praecipuus Congregationis nostrae Institutor" (287).

In ipso castitas perfecta, quia est "vita" - et castitas custos et conservatrix vitae.

Ipse est "imago Dei invisibilis" (Col. I,15), "splendor gloriae et figura substantiae ejus" (Heb. I,3) - et Deus est sine permixtione et divisione, separatus ab omnibus, et tamen intime praesens omnibus; est infinite amabilis et amantissimus, amore incomparabiliter fecundo...

Ipse est Oblatus Patris, ordinatus ad opus sive servitium Patris radicaliter, integraliter, universaliter - ista disponibilitas universalis exigit castitatem perfectam: "Qui sine uxore est, sollicitus est quae Domini sunt, quomodo placeat Deo."

Ipse praeferentias habet - pro castitate perfecta: Maria Mater-Virgo, s. Joseph, s. Joannes: "Diligebat autem Jesus, quoniam specialis prerogativa castitatis ampliori dilectione fecerat dignum: Quia Virgo electus ab ipso, virgo in aevum permansit. In cruce denique moriturus, huic matrem suam virginem virgini commendavit" (Brev. Rom. die 27 dec., resp.V); consiliat castitatem perfectam (Mth. XIX.10-12) ac restaurat castitatem conjugalem perfectam; etsi est "amicus peccatorum", infinite misericors; est talis ut eis restituat castitatem et inducat eos ad castam vitam (mulier in civitate peccatrix, mulier Samaritana, mulier adultera...: "jam amplius noli peccare").

"virtus... apostolico viro tam necessaria".

Reddit eum totaliter liberum ad "servitium" suum...

Reddit ei possibile, ut funditus implicetur in lucta contra malum, in opere Redemptionis peccatorum, quin periculum incurrat propriae perditionis: ipsa confert vim, independentiam, superioritatem, prudentiam... Per ipsum statum coelibatus, per conditionem suae vitae "solitariae" - humane loquendo - est testis mundi spiritualis, est attestatio publica transcendentalitatis Dei; castitas evangelica habet characterem eschatologicum ("sunt qui seipso castraverunt propter regnum coelorum"): on a foi en la vie éternelle, et c'est pour cela qu'on renonce à bien des plaisirs de la vie présente.

Castitas custodita sedulo procurat apud fideles et extraneos venerationem et auctoritatem (suppositis semper aliis virtutibus, praesertim caritatis et paupertatis); superioritas missionarii catholici...

Sine illa fides ipsa est in periculo: pleraeque apostasiae sacerdotum causam vel occasionem habent in praevia infidelitate cordis...

## II. Regulae et consilia particularia. Art. 220-221.

Quomodo sese manifestabit illud diligentissimum studium articuli 219?

### a) Speciale consilium prudentiae ratione ministerii missionarii. Art. 220

V. Fundator mentionem facit unius tantum formae sollicitudinis, de qua art. 219, illius scil. quae se imponit specialiter nobis ratione nostri ministerii missionarii, quod nos ducit in mundum, ut in eo vivamus per magnam partem anni...

#### Textus.

Jam in ms. I (1818) legimus: "C'est pourquoi ils ne traiteront avec les personnes du sexe qu'avec une extrême précaution. - Ils n'iront dans les maisons de leurs pénitents ou de tout autre séculier que pour des motifs urgents, jamais sans la permission expresse des supérieurs et toujours avec le compagnon désigné par eux."

Est traductio litteralis Regulae s. Alphonsi, ed. 1791, 2. p., cap. I, § 2. Cf. Cosentino, o. c., p. 91.

In editionibus latinis semper idem textus abhinc 1827 usque hodie.

Attamen in ed. Ia, 2a et 3a materia est distributa per 4 articulos (II, III, IV et V).

#### Commentarium.

Praesens dispositio non est nisi applicatio verbi divini Magistri "Vigilate"... Vitare debemus intimitatem indiscretam, si volumus servare nostro ministerio suum characterem altum, supernaturalem, purum, beneficum pro animabus; si, postquam incepimus in charitate, nolumus finire in carnalitate...

"cum feminis sint maxime cauti", i. e. très prudents, cum temperamento indicato in art. 124. Formae concretæ hujus prudentiae vide in art. 124, 320 ssq. (correspondantia), 333 (conversations in confabulatorio)...

Pas de laisser aller... pas d'intimités choquantes de la part d'un prêtre ou d'un religieux... pas de plaisanteries familières...

Discretio necessaria in relationibus cum feminis "piis" (femmes ou jeunes filles des oeuvres catholiques, gouvernantes de presbytère, élèves des pensionnats, religieuses...) cf. G. Courtois, Jeune Prêtre, Notés de pastorale pratique. Paris, 1945. - Idem in periodico "L'Union", janvier 1945, p. 11 sq.: "Ministère du jeune prêtre auprès des jeunes filles".

Relate ad cognatas ratione consanguinitatis vel affinitatis: quo longior est distantia propinquitatis, eo magis tutela naturalis reverentiae suppleri debet per discretionem prudentem...

N.B. De mulieribus famulantibus in domibus nostris: cf. Circ. 137 (19-3-1927) p. 21 (T. IV, p. 81); Statuta Cap. 1949, art. 55.

De clausura servanda in domibus Congregationum religiosarum: cf. C.J.C., can. 604.

"cum feminis sint maxime cauti": non est dispositio injuriosa sexui femineo, quasi omnes essent suspectae et cavendae a priori.... Diffidimus non tam illis quam nobismetipsis, nostrae fragilitati: "Infirmus est sexus... magis infirma caro" (art. 124).

Prudentia quae nobis consulitur non est formidolosa, anxiosa, morbida, phobia; sed lucida, aequilibrata, supernaturalis... Assuescere, ut in omnibus, qui nobis occurrunt in vita, quibuscum habemus agendum, cujuscumque sint sexus, magis ac magis videamus primitus id quod est potius i.e. realitatem spiritualem, dignitatem personae, creaturam Deo carem, salvandam, et sanctificandam, et non ante omnia id quod est animalitatis, corporalitatis.

"illarum domus non adeant...": non solum pericula inutilia praecavanda, sed etiam bona fama salvanda, tum sodalis tum totius communitatis (invidia familiarum, praesertim in locis magis exiguis; recriminationes cleri localis...)

Essentiale est, ut visitationes nunquam fiant in scis superioribus. Est punctum grave disciplinae religiosae ac fieri potest objectum praecepti "in virtute obedientiae".

Valet per se pro omnibus, et exceptio art. 337 non valet hic.

N.B. Item, discretio cum infantibus utriusque sexus, pueris et puellis.

Hic quoque dici potest: infirma aetas, magis infirma caro!...

Casus dolendi in omnibus dioecesibus, collegiis, seminariis minoribus et junioratibus...

b) Cetera media asceticae christianae adhibenda. Art. 221.

Nostrum studium diligentissimum perseverandi et progrediendi in castitate religiosa (art. 219) sese manifestabit per praxim asceticae christianae. Non sumus ab ea dispensati. E contra, debemus eam exercere majore cum applicatione et fervore quam fideles: etiam in nobis remanent reliquiae peccati originalis...

#### Textus.

In ms. I (1818) et in tribus prioribus editionibus legebatur tantum prima pars tamquam conclusio spiritualis totius paragraphi. "Au reste cet article n'a pas besoin d'explicatio. Il suffit de dire que nous devons imiter la pureté même des anges par la pureté de nos coeurs, de nos corps et de notre esprit."

Iste textus non invenitur in regula S. Alphonsi. Fuitne forsitan inspiratus Fundatori per textum s. Ignatii in constitutionibus S.J., 6 p., Cap. I, no 1: "Et quoniam quae ad votum castitatis pertinent, interpretatione non indigent, cum constet, quam sit perfecte observanda, nempe emittendo angelicam puritatem imitari, et corporis et mentis nostrae munditia"? Cf. Cosentino, o.c., I, p. 120.

In ed. 4a (1910), art. 234, addiderunt alteram partem "Id ut assequamur..."

#### Commentarium.

(A) Fovere verum et altum sensum castitatis christianae: est imitatio puritatis Angelorum. Longe abest ab illa conceptione quae videt in castitate nisi aspectum negativum, scil. interdictiones, renuntiationes...

Evidens est inter "Angelorum puritatem" et nostram non posse esse nisi analogiam quamdam. Apud nos "puritas" est virtus moralis, scil. castitas, pars



potentialis temperantiae; ejus functio propria est temperare instinctum sexualem.

Talis virtus evidenter existere nequit in angelo. In eo significare nequit nisi statum sive conditionem metaphysicam independentiae intrinsecae a corpore ejusque instinctibus, quae resultat ex ipsa natura angelica.

"Imitamur", et quidem analogice, hunc statum independentiae spiritualis, non quidem supprimendo animalitatem ejusque instinctus, sed eos temperando et subjiciendo spiritui per conatus virtutis temperantiae et speciatim castitatis. Hoc fit, ut castitas efficiat paulatim, laboriose, progressive quemdam statum independentiae animae spiritualis, non quidem independentiae intrinsecae, metaphysicae, sed moralis. Et hoc speciatim illa castitas qualem religiosus et sacerdos profiteri debent: "Neque nubent, neque nubentur, sed erunt sicut angeli Dei in coelo." (Mth. XXII, 30; XIX, 10-12).

Castitas contribuit pro sua parte, et quam maxime, ad complendam in actu secundo nostram personalitatem - cujus radix est in nostro esse spirituali -, ita ut jam propius accedat ad personalitatem angelorum: suppositum majoris excellentiae, subjectum juris, arbiter suae vitae cursus (âme maîtresse de sa destinée), quoddam "totum incommunicabile": un "tout" mêlé à rien, et cependant ouvert à tout bien.

Per castitatem etiam nostra activitas sacerdotalis-apostolica propius accedit activitati angelicae. Missionarius Oblatus, sicut angelus, annuntiat hominibus divina mysteria... Est quasi angelus-custos humanitatis...

Jamvero angelus, quamvis curam habeat de homine, nunquam cessat Dei contemplationem: "Angeli eorum in coelis semper vident faciem Patris mei"; angelus continuo de Deo vivit: "Videbar quidem vobiscum manducare et bibere; sed ego cibo invisibili et potu, qui ab hominibus videri non potest, utor" (Raphaël ad Tobiam, XII, 19). Ita etiam sacerdos-missionarius exercendo ministerium inter homines, per castitatem elevatur super corporales apparen-tias, ut nunquam separetur a DEO utque semper videre possit Dei imaginem in hominibus atque omnia ordinare ad Deum.

Talis conatus imitandi "Angelorum puritatem" non est falsus "angelismus". Per istam subjectionem corporis ejusque animalitatis dominio animae spiritualis, corpus minime minuitur nec despicitur. E contra! Per castitatem corpus quodammodo elevatur ad fastigium animae spiritualis eique promptius cooperatur. Et hoc est ejus ordinatio naturalis atque ejus dignitas. Cf. I Cor. VI, 12-20.

Apparet utilitas, imo urgens necessitas, colendi castitatem etiam sub respectu mere humano. Revera per miros progressus scientiarum naturalium cognoscimus hodie melius realitates materiales, et speciatim circa hominem: ejus animalitatem cum sua admirabili organizatione, physiologia, psychologia, pathologia, influxu profundo, conscio et inconscio, in modum se gerendi et agendi... Periculum ne homo reducatur ad animalitatem et tota ejus psychologia ad biologiam. Animalitas est quidem realitas, eaque essentialis, sed non tota realitas nostri! Spiritus est quoque realitas hominis, et quidem potior. Unde necessitas colendi hanc partem nobiliorem nostri esse ejusque activitatem et progressum. Ad hoc contribuunt scientiae, artes et quidquid elevat animum... Et etiam, et quam maxime castitas! Scientia sola et "initiatio" scientifica vitae animalis non necessario valde elevat hominem supra ejus animalitatem...

(B) Realizatio concreta et progressiva talis castitatis.(1) Per orationem: "orationi instemus"!

Oratio sumenda hic in sensu generaliori pro omni recursum ad Deum, complectens proinde etiam receptionem sacramentorum (missa, communio, paenitentia), omnia officia pietatis, orationes jaculatorias, omnesque actus quibus renovatur contactus cum Deo.

Sine gratia Dei nihil sperandum in hoc ordine, et cum ea omnia possibilis fiunt. Cf. Rom. VII, 24. Jamvero oratio est medium normale obtinendi gratiam: eam implorat et meretur. Insuper ad eam efficaciter disponit: orando animus distrahitur a creaturis, ab amore sensibili, ut sese elevet ad realitates supernaturales, ad gaudia spiritualia; sub influxu orationis vita nostra affectiva paulatim in aliam partem vertitur: spiritualizatur...

"Orationi instemus"! Requiritur oratio sincera, instans, obstinata. Talis oratio implicat firmum propositum quo nosmetipsi vitam omnem occasionem voluntariam peccandi et serio nos applicamus ad sensus nostros ordinandos. "Faciendo quod in se est, Deus non denegat gratiam. (S. Augustinus, Tridentinum).

(2) Per mortificationem: "mortificationi instemus".

"Regnum caelorum vim patitur, et violenti rapiunt illud" (Matth. XI, 12). Per castitatem realizatur prae magna parte "regnum caelorum", status ille in quo regnat ordo, pax, gaudium, in quo Deus se manifestat et sese communicat, eo quod anima Ei subjicit omnes suos affectus. Hoc praestat per mortificationem instantem, persistentem: "mortificationi instemus"!

Mortificatio sub omnibus suis formis...

Imprimis mortificatio quam includit ipsa castitas: secumtrahit necessario renuntiationes, repressiones... Oblectamenta, delectationes, satisfactiones, sensualitates quae forsitan nondum sunt plena voluptas, sed delectationes "circumstantes": haec omnia praecise complectuntur in sacrificio initiali quo volumus vovere CHRISTO castitatem nostram. En de quo praecise agitur: "Restreindre les espaces de la chair pour dilater les espaces de la charité" (Daniélou, S.J., in "Vie Spirituelle, Juin 1948, p. 673).

Item necessitas fugendi occasiones proximas... Rogues de Fursac: "La continence ne peut être inoffensive, éventuellement bienfaisante, que si elle est franchement et honnêtement acceptée. La continence et la recherche plus ou moins consciente de stimulants génésiques (spectacles, images, lectures, sociétés) conduisent à des conflits qui peuvent être extrêmement graves... Le principe: restez chastes, n'a de sens que s'il est suivi du corollaire: fuyez les tentations; fuyez l'oisiveté... non seulement mère de tous les vices, mais facteur d'anxiétés, de phobies, de scrupules, d'obsessions, et aussi d'impulsions sexuelles que vous ne pourrez satisfaire." (Cité par Rob. de Sinéty, Psychopathologie et direction, p. 236).

Ista mortificatio indispensabilis ad servandam castitatem, imo ad ipsam vitam spiritualem seriam et progressivam. Cf. Matth. V, 28-30; Marc, VIII, 34-35.

Theologia, psychologia confirmant experientiam universalissimam: mittendo sibi omnia quae non sunt prohibita aut non graviter prohibita,

crescit in nobis homo carnalis et minuitur homo spiritualis...

Praeterea, peccatum grave intervenit formaliter non praecise illo momento quo homo, sequens iudicium rationis perturbatae per passionem conflantem, perpetrat materialiter malum; sed eo tempore quo inconsiderate, imprudenter permittit passionem nascentem invadere et perturbare rationem. Habet obligationem servare intactum usum rationis: est nostrum privilegium et nostra responsabilitas ordinare, dirigere nostram activitatem ratione fide illustrata... "Unusquisque iudicat, prout affectus est." "Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit."

Mortificatio externa:

tum obligatoria, quam scilicet imponunt lex generalis Ecclesiae (abstinentia, jejunium) vel Constitutiones nostrae...

debita status nostri: labor, studium, disciplina regularis a primo mane usque ad vesperam...

tum libere addita: est quasi infinitae varietatis...  
et mire efficax.

Mortificatio interna imaginationis, cordis, memoriae; réaction courageuse opposée aux rêveries, sensibleries, antipathies ou sympathies trop naturelles...

Est indispensabilis! Velle servare castitatem in actibus absque illa disciplina imaginationis et cordis, est illusio, imò periculosum. "La chasteté est une attitude d'esprit qui rejette en fait et en pensée les plaisirs charnels défendus par la morale ou la religion. Un chaste est facilement continent (sec. terminologiam auctoris, continentia = abstinentia ab actu sexuali exteriori). La réciproque n'est pas vraie.

Ce qui est nuisible, ça n'est pas la chasteté, c'est la continence sans la chasteté...

Le continent non chaste n'a pas de rapports sexuels, certes; mais il cultive dans son imagination des pensées, des images, qui par leur nature érotique, sont des équivalents, des préliminaires à l'acte sexuel... il s'agit manifestement d'une sexualité perturbée en elle-même. Mais ce qui est beaucoup plus grave: un tel comportement est la porte ouverte à la névrose, le plus souvent anxieuse, obsessive ou phobique. C'est là le très réel danger de la continence chez le non chaste.

Le chaste au contraire, garde son imagination, sa curiosité, et fuit les occasions. L'éducation de la chasteté est plus une prévention qu'une répression. La chasteté n'est pas une affaire de tempérament, c'est une affaire d'éducation, de principe, de volonté." (Dr Serge Oberlin, Chirurgien des Hôpitaux de Paris, in "Cahiers Laënnec", 1946, fasc. I; item in "Direction et problèmes de l'adolescent, Paris, Lethiellieux, 1946, p. 6ss.).

(3) Praesertim vero peculiarem devotionem erga Virginem Immaculatam.

Non devotionem verbalem, imaginariam, mere sensibilem, sed vitalem quae in honorem B.M.V.I. devovet intellectum, voluntatem, corpus, ut ei placeat per omnia. Hujusmodi devotio favet eminenter castitati.

Modo generali, Virgo Immaculata est, in praesenti ordine, causa exemplaris, meritoria et efficiens, utique cum CHRISTO et dependenter ab Ipso, sanctificationis animarum. Est specialis dispositio Divinae Providentiae,

ut mulier sit in adiutorium viri, tum in ordine naturae, tum in ordine gratiae. Mulier continuat suum munus primae feminae Evae in salutem vel in perditionem viri. B. Maria Virgo est "Nova Eva", reparans quod prior perdiderat per suum influxum in virum.

Sicut ipsa et per ipsam, anima ei devota paulatim sese subtrahit dominationi peccati... Cf. Missam Conceptionis Immaculatae B.M.V.: Oratio, Secreta, Postcommunio; - Missa Immaculati Cordis B.M.V. (22 Augusti): Introitus, Oratio, Epistola, Secreta, Postcommunio; - Circul. 191 (15-8-1951), p. 69.

Influxus beneficus Virginis Immaculatae speciatim in ordine ad curam de custodia et progressu in castitate. Concil. Vatican., Postulatum: "Beata virgo... de concupiscentia per virginalem Maternitatem singularem triumphum retulit" (Collectio Lac., VII, 868, sq.).

Inter omnes homines, B.M.V. perfectissime imitata est illam "Angelorum puritatem", de qua supra. Praeservata a peccato originali et a reliquiis moralibus ejus, speciatim a concupiscentia. Cf. S.Th., 3a p., q.27, a.3; III Senten., dist. 3, q.1, a.2, sol.1, ad 4.

In ea castitas omnimode perfecta realizavit excellentissime illam superioritatem et libertatem spiritus respectu carnis, quibus homo analogice imitatur Angelorum puritatem... "Qui autem adhaeret Domino, unus spiritus est." (Cor. VI,17). Quis magis ac B.M. Virgo?

Castitas christiana non est quid mere negativum, interdictio sive repulsio plus minusve pathologica (refoulement) appetitus sexualis, sed ejus ordinatio et subjectio ad realitates superiores lucide acceptata: l'âme, dépassant le plan égoïste de la jouissance, donne la préférence aux réalités spirituelles et pardessus tout à Dieu Lui-même, renonce sciemment et de propos délibéré à la recherche volontaire du plaisir en vue d'un idéal moral-religieux. Castitas = ordo et libertas per "sublimationem".

Jamvero in isto conatu ordinationis et liberationis per "sublimationem" B.M. Virgo exercet, ex divina Providentia, influxum eminentem, tum moralem quatenus nobis obtinet per suam mediationem maternam gratias quae illuminant et roborant; tum psychologicum per suum exemplum. Vir, et praesertim juvenis, adolescens, videt in femina symbolum realitatum superiorum (veritatis, libertatis, scientiae, artis, virtutis, justitiae...) Virgo Immaculata nobis apparet ut ipsa realitas realitatum superiorum...

PARAGRAPHUS TERTIA

DE VOTO ET VIRTUTE OBEDIENTIAE

Notae praeviae.

I. Titulus paragraphi.

Ms.I (1818): "Du voeu d'obéissance".

In editionibus 1a, 2a et 3a: "De obedientiae voto".

In ed. 4a (1910) et 5a (1928): "De voto et virtute obedientiae".

II. De obedientia generatim, quae est pars potentialis justitiae:

Cf. Theologiam moralem - IIaIIae qq.80, 104-105.

III. De consilio evangelico obedientiae.

Constans doctrina Ecclesiae et doctorum spiritualium tria esse "consilia evangelica" per excellentiam, eorum observationem quam maxime conferre ad perfectionem christianam sive evangelicam, ac inter haec tria inveniri obedientiam. Cf. Can. 487.

Non obedientia qualiscumque, sed obedientia supererogatoria, sicut consilia evangelica paupertatis et castitatis important renuntiationem supererogatoriam. Est gradus obedientiae obligatorius pro omnibus, secundum cuiusque statum et conditionem. Aliquibus Dominus proponit obedientiam perfectam, ut scilicet subjiciant ordinationem vitae et activitatis suae superiori etiam in materia de se libera, et hoc propter Deum, ut scilicet CHRISTUM propius sequantur, ut sicut Ipse Patrem perfecte, plenissime serviant, ejus voluntatem ejusque gloriam quaerant in omnibus. Cf. IIaIIae, q.186, a.7.

Origo evangelica hujus consilii.

Forsitan non nimis insistendum in illo "sequere me" vel "sequatur me" (Mth. XIX,21 - XVI, 24), quasi isti textus exprimerent explicitè et immediate consilium evangelicum obedientiae. Hic apud Math. et alibi D.N.J.C. dat consilium generale Eum sequendi propius in sua vita perfecta, in sua subjectione amantissima et universali voluntati Patris: v.g. Jo. VIII, 12; X,27; XIV.6 - I Cor. IV.16; XI.1 - Eph. V.1-2 - Ph. II.5.

Eo ipso Christus invitat ad imitandam sua obedientiam perfectam et supererogatoriam quae in sua vita terrestri locum eminentem tenuit: libere suscepit conditionem humilem, servilem subjectionis et obedientiae, non solum erga Patrem sed etiam, propter voluntatem Patris, erga homines, quibus Ipse, utpote Dei Filius, nullo modo erat subjectus. Cf. Phil. II.5-8.

IV. Obedientia religiosa est consilium evangelicum obedientiae voto firmatum.

Est elementum essentielle status religiosae... et proinde essentielle et constitutivum in quocumque instituto religioso... et proinde etiam in Congregatione Oblatorum... Cf. C.J.C. Can. 487 - IIaIIae, q.186, a.5, 7 et 8.

Consilium evangelicum obedientiae admittit gradus. Religiosi vovent obedientiam secundum Constitutiones... (art. 223).

Obedientia religiosa nequit dijudicari unice nec principaliter secundum aspectum psychologicum et socialem obedientiae qualiscumque, nec reduci mere ad virtutem utilitatis socialis. Utpote forma consilii evangelici obedientiae, habet, non secus ac consilia paupertatis et castitatis, tanquam notam propriam et specificam, ut suscipiatur "propter regnum caelorum" et ad sequendum pro-  
prius CHRISTUM "qui factus est pro nobis obediens usque ad mortem..."

Per hanc notam propriam et specificam obedientia religiosa transcendit, et longius, obedientiam conceptam mere ut virtutem utilitatis socialis vel consideratam unice secundum psychologiam naturalem. Et si illa praetermittitur, obedientia religiosa jam est inintelligibilis. Permulti nihil intelligebant de obedientia perfecta CHRISTI in sua vita, passione et morte. Sicut hodie multi nihil intelligunt de obedientia quam aliquando Ecclesia vel Superiores religiosi exigunt... Cf. de Lubac, S.J., L'Eglise notre Mère, in "Etudes", janvier 1953, p. 14. Idem, in "Méditations sur l'Eglise", Paris, Aubier, 1953.

#### V. Divisio paragraphi.

- A) Prooemium de excellentia obedientiae religiosae. Art. 222.
- B) De voto obedientiae in Congregatione Oblatorum. Art. 223-225.
- C) De eis quae voto et virtuti pariter convenire possunt. Art. 226-242.

#### A) Prooemium

de

excellencia obedientiae religiosae

Art. 222

#### Nota characteristica hujus articuli.

Item ac prooemium de paupertate (art. 176), non est dispositio legislativa, disciplinaria, sed praeeambulum doctrinale, asceticum. Ante editionem 5am (1928) legebatur absque numero extra seriem articulorum numeratorum.

#### Historia textus.

Jam invenitur in ms. I (1818), paucissimis mutatis: sub 2o, exemplo S. Benedicti additur quoque "et des Chartreux". Et in phrasi finali legebatur "Mais pour produire tant de bien, elle doit être prompte, humble, entière." Cf. "Missions", 1951, p. 50.

Textus latinus editionis lae (1827) pertransivit per omnes editiones usque ad 5am (1928) incl.

#### Fontes.

Compara cum Rodriguez, Pratique de la perfection chrétienne, 3e partie, 5. traité, ch. I. Hujus capituli partem magis characteristicam P. de Mazenod resumit et quidem valde sobrie, addendo considerationes finales "Majori merito dat locum..." Cf. Cosentino, o.c. I, p. 189ss.

Momentum hujus articuli.

Est summarium totius paragraphi de obedientia.

Quidquid sit de dependentia litteraria ab aliis auctoribus, exprimit vivide persuasionem personalem V. Fundatoris. Est testimonium convictionis et experientiae personalis viri non qualiscumque, sed viri temperamenti activi et apostolici (d'un homme d'action et d'un apôtre), virī personalitatis insignis (d'une personnalité marquante), virī nobilis, tum genere tum caractere, habentis ideam altam personae humanae ejusque dignitatis, libertatis, ac jurium inalienabilium.

Testimonium personale P. de Mazenod consequitur (rejoint) - et non fortuito - dicta Sanctorum et Doctorum Ecclesiae, in particulari DD. Thomae et Bonaventurae. Et ipsi testes sunt excellentiae obedientiae religiosae: non loquuntur mere ut theologici, sed ut veri religiosi, testantes quod viderunt et vixerunt...

Commentarium.

I. Excellentia voti obedientiae religiosae.

"Obedientiae votum... religiosum virum vere constituit in religiosa vita, illudque tamquam praecipuum et ceteris praestantius habent..." En quod dicunt viri illi! Est questio ibi de statu religioso, de aggregatione ad illum statum et de vita in illo statu. Exigit necessario professionem obedientiae et, professione peracta, praxim obedientiae quam quis voverat, ut sic vere constituatur "in religiosa vita", ne dum adhuc juridice pertineat ad statum religiosum, vivat tamen extra...

Et fit comparatio inter tria vota essentialia status religiosi; non autem cum aliis elementis vitae religiosae, et praesertim non cum ejus fine proprio qui est perfectio charitatis...

Et quidem affirmatur praestantia obedientiae in ordine objectivo et excellentiae. Subjective et in ordine executionis accidere potest, ut alia magis urgeant...

Tria argumenta classica S. Thomae: 2a2ae, q.186, a.8.

1) Per obedientiae votum, plus offeramus Deo..."

Cf. S.Th. l.c.; et 2a2ae, q.104.a.3. - S. Greg. Mag., Mor.85,c.14: "Per obedientiam voluntas propria mactatur". (P.L. 76,765). - Concil. Vatic. Schema constit. de voto obedientiae: "Magna quidem paupertas, sed major integritas, horum autem est obedientia maxima, si custodiatur illaesa." (Collectio Lac., VII, 674).

V. Fundator noster propria experientia sciebat nos per obedientiam Deo offerre meliora nostra.

Ipse obediens directori suo (P. Tempier), Constitutionibus, Summo Pontifici ejusque organis et repraesentantibus (v.g. tempore litis cum gubernio Regis Louis-Philippe aliisque occasionibus), Divinae Providentiae sese accomodando adjunctis variantibus et saepe contrariantibus vitae... Ille, superior factus, videns aliorum obedientiam (PP. Tempier, Honorat, Ricard, Guibert, Courtès, Suzanne...): sicut inobedientia quorundam eum profunde affligebat, obedientia aliorum aedificabat eum: elevatio et valor sacrificii obedientiae ei non latebat, non retinuit suam admirationem...

Revera, per obedientiae votum libere extendimus nostram subjectionem ad materiam aliunde liberam, et hoc semper propter Dei amorem, volendo Ei plenius offerre nostram voluntatem liberam, hanc facultatem spiritualem, intimam qua dominamur aliquo modo saltem nostrae vitae et exercemus in actu secundo personalitatem nostram. Est testificatio clarissima fidei nostrae in auctoritatem transcendentalem Dei Patris....

2) "Quia in illo omnia alia vota contineantur..." Cf. S. Th. l.c.

"... In nonnullis institutis, v.g. S. Benedicti, nullum aliud emititur nisi obedientiae votum..." i.e. inter tria vota essentialia status religiosi solius obedientiae fit explicita mentio. Huic addiderunt, et addunt adhuc, alia vota accessoria, et quidem explicite: vota stabilitatis et conversionis morum...

Apud Praedicatores et in quibusdam Congregationibus monasticis solius voti obedientiae fit expressa mentio.

3) "... per obedientiam ad proprii Instituti finem accedant magis religiosi viri."

Attento fine communi et supremo cujusvis Instituti religiosi, apparet obedientiam immediatius ad eum disponere.

Talis finis est perfectio christiana, consistens formaliter in unione ad Deum per caritatem... Jamvero obedientia religione inspirata et informata magis et directius quam paupertas et castitas realizat conformitatem ad voluntatem divinam sive unionem cum ea ac propinquius accedit ad caritatem: "Si quis diligit me, sermonem meum servabit..." (Joh., XIV, 23-24). Cajetanus: "Obedientia ponitur filia indivisa caritatis." Cf. 2.2 q.104, a.3.c. et ad l.

In quantum autem finis status religiosi est perfectio christiana acquiritur, importat disciplinam sive scholam quamdam aut tirocinium in quo candidati docentur et exercentur in iis quae sunt perfectionis christianae. Et sic adhuc obedientia apparet tanquam dispositio proxima et efficacissima ad finem vitae religiosae. Implicat enim et promovet docilitatem. Cf. 2.2.q.186.a.5.

Si denique considerantur fines proprii Instituti, obedientia confert ad eorum realizationem magis immediate et efficacius quam paupertas et castitas: Constitutiones et Superiores mediante obedientia dirigunt omnium voluntates et conatus versus fines Instituti...

## II. Considerationes complementariae de excellentia obedientiae virtuosae generatim.

Manuscripta gallica incipiunt hic novum incisum: "L'obéissance est la vertu la plus méritoire..."

### a) Valor theologico-moralis obedientiae:

"Majori merito dat locum obedientia."

Obedientia meretur theologice, i.e. apud Deum: appretiat a Deo, habet valorem coram Deo, digna est bono divino, i.e. Deo ipso ("non aliud praemium nisi teipsum")... Obedientia virtuosa proinde toto coelo distat ab utilitarismo mercenario, sordido, hypocrito, exiguo (étroit, mesquin)...

Imo magis meretur - "Majori merito dat locum" - ac si quis agit extra obedientiam, utique ceteris paribus (suppositis eodem gradu caritatis, eodem moraliter valore operis).



Qui per obedientiam agit, superaddit actui jam aliunde bono vel indifferenti bonitatem moralem obedientiae, et ista est magni valoris: est aliqua justitia. Obediundo facimus quod justum est, i.e. recognoscimus et appretiamur auctoritatem et ultimam ipsam auctoritatem transcendentalem Dei ("non est auctoritas nisi a Deo"), elevamus nos usque ad ordinem supremum, metaphysicum quo Deus vult hominem socialem. Obedientia est testificatio auctoritatis divinae: témoignage de notre sens de Dieu. Cf. I.Reg.XV,22sq. "... melior enim est obedientia quam victimae"). 2.2.q.104.a.3; S. Aug. De bono conjugali, c.XXIII, n.29-31: "Majus bonum est obedientiae quam continentiae. Nam connubium nusquam nostrarum Scripturarum auctoritate damnatur, inobedientia vero nusquam absolvitur... Melius est habere omnia bona vel minora, quam magnum bonum cum magno malo: quia et in corporis bonis melius habere Zachaei staturam cum sanitate, quam Goliath cum febre... Qui primo ipsam castitatem et obedientiam comparans, videt omnium virtutum quodammodo matrem esse obedientiam (et sequitur exemplar Abraham parati immolare filium unicum ex obedientia)".

Confirmatur ex eo quod vera et virtuosa obedientia implicat vel praesupponit influxum fere omnium aliarum virtutum: fidei vivae, humilitatis, justitiae, abnegationis sui ipsius... et praesertim ipsius caritatis. Cf. s. Aug. l.c. id. De civitate Dei, l.14c.12: "Obedientia... in creatura rationali mater quodammodo est omnium custosque virtutum"; 2.2.q.104,a.3.

b) Valor socialis obedientiae:

"estque societatis recte ordinatae ligamen..."

Sapientia et experientia antiquorum aequae ac praesentis temporis amplissime testantur. Cf. Praefationem, p. 16 "Verumtamen non satis erit..." P. de Mazenod, ep. du 4-11-1817 ad p. Tempier: "Dieu m'est témoin que je n'ambitionne pas le commandement: cela est si vrai que je ne puis prendre sur moi d'ordonner et que le mot seul de Supérieur choque un certain sentiment intérieur qui le repousse toutes les fois qu'on le prononce. Mais je tiens beaucoup à l'ordre qui ne peut exister là où il n'y a pas de subordination. Qu'on me donne un Supérieur, je lui jure d'avance la plus entière soumission et lui promets d'agir que par sa volonté qui sera à mes yeux celle de Dieu dont il sera l'organe à mon égard. Plut à Dieu que vous voulussiez m'accorder cette faveur! Cela viendra, je l'espère."

Sine obedientia Congregatio non realizat suos fines, opera magnifica et pernecessaria a Fundatore et Ecclesia proposita... Ipsa erit quasi inutilis, "vegetabit"... Cf. Vatic., Schema de voto obedientiae: "Hinc si obedientiae votum negligatur, religiosorum corda veluti terra sine aqua arescunt... quinimò religiosae familiae compago disrumpitur." (Col. Lac. VII, 674).

Ratio est quia obedientia, sicut justitia cujus est pars, perficit subjectum in ordine ad alios, scilicet ad superiores, ut reddamus quod eis debetur et sic ordo socialis et bonum commune salventur. Obedientia non recludit subjectum in seipso, ut si quis praefert obedientiam ut sibi parcat pericula errandi, ut rejiciat a se responsabilitatem, ut sit tranquillus... Non esset virtus obedientiae et in periculum poneret alias virtutes (prudentiam...) et ipsum bonum sociale. Cf. Etudes, avril 1945, pp.5-23.

### III. Excellentia obedientiae qualis Oblatis concrete proponitur:

Non obedientia qualem sibi unusquisque fingit, sed eam "quam Sancti coluerunt"... Ipsi sunt "specialistae" in hac materia obedientiae religiosae. Ad eorum doctrinam et exempla ante omnia attendendum est. Facile consideramus Sanctos eorumque obedientiam aliasque virtutes ut "phaenomena extraordinaria", ut possimus remanere tranquilli in nostra mediocritate. Etsi non realizemus perfecte, imo forsitan valde imperfecte, eorum virtutem, eam saltem retineamus ut "ideale" quoddam, etiam nobis propositum.

N.B. Consilium evangelicum obedientiae servat etiam temporibus modernis suam excellentiam et efficacitatem supernaturalem tum ad perfectionem evangelicam prosequendam, tum ad apostolatam christianam promovendam. Cf. Pius XII Allocutio 8-12-1950, occasione I. Congressus intern. religiosorum Romae habiti, Acta Ap. Sedis, 1951, pp. 30 sq.; Documentation Cathol., 31-12-1951, col. 1673 sq.; Circulaire O.M.I., 203 diei 8-12-1953, pp. 11 (T.VI, pp 117s.).

Unde necessitas inserendi obedientiam religiosam in "mentalitatem modernam" ideoque perspiciendi hujus dispositiones faventes obedientiae, ut eis prudenter utamur ("pierres d'attente"), dispositiones oppositas et difficultates particulares dilucidandas; ex altera parte, necessitas clarius distinguendi substantiam invariabilem obedientiae religiosae ab elementis accessoriis, variabilibus...

a) Dispositiones, tendentiae, aspirationes et vires de se salubres, quae sapienter expolitae et ordinatae favere possunt obedientiae evangelicae. Cf. Pius XII, l.c. para.V; Acta A.S., pp. 34-35; Doc. Cat., l.c., col. 1677.

Vivida conscientia conditionis humanae: problema "hominis" magis ac magis apparet urgentior et eminentior quam problema oeconomicum, quam dominatio materiae per technicam... Vividior conscientia dignitatis personae humanae, ejusque libertatis, progressionis, culturae...

Vividior conscientia solidaritatis humanae, necessitatis mutuae cooperationis, sensus communitatis ("sens communautaire")... "in cogitando et deliberando latitudo" (Pius XII, l.c.); "praeoccupationes" transcendentis individuum, professionem, classem, nationem, genus (la race)...

Desiderium directionis firmae et efficaci, auctoritatis quae se imponit Pius XII, l.c.: "in ordinando et componendo unitas" (l'unité dans le gouvernement et dans l'organisation)... inter adolescentes et juvenes utriusque sexus enthusiasmus, cultus, devotio erga "ducem" aliquem qui emerget, praecedit...

Agere prompte et efficaciter, ideoque prosequi finem omni cum simplicitate et luciditate, directe, absque considerationibus et discussionibus complicatis, abstrusis... Pius XII, l.c.: "in agendo celeritas".

b) Obstacula obedientiae evangelicae.

Obstacula communia, quae scilicet sunt omnium temporum: superbia, amor independentiae...

Obstacula magis propria temporibus modernis: profunda ignorantia veri sensus auctoritatis. Civilizatio moderna anthropocentrica, promovet culturam hominis separatam a Deo, deest "sensus Dei", omnia instituta humana laicizantur, non exclusa auctoritate, quae proinde nihil sacri amplius prae se fert, non innititur amplius auctoritati divinae... In societate civili, omnes

actus auctoritatis examinantur et critice expenduntur publice, ut quicumque de eis iudicet, rationem petunt a ministris eorumque discessum postulant...

In consociationibus puerorum, adolescentium, juvenum: libere ingrediuntur, libere in eis remanent; "dux" (chef, cheftaine...) electus est "responsabilis" (le responsable ou la responsable), cum munere interpretandi spiritum communitatis et secundum illum dirigendi, habens suam auctoritatem ab illa...

Haec omnia sensim transferuntur in omnem societatem; afficiuntque omnem auctoritatem: familiae, Ecclesiae, religiosorum institutorum...

c) Juniores adjuvandi, ut detegant verum sensum obedientiae et auctoritatis.

Animadversiones utiles:

1) Persuasio frequens inter juniores: actus boni adimpleti eo quod sunt imperati, impositi ab auctoritate eo ipso amittunt de suo valore; e contra, libere electi, gratuiti, procedentes e propria "initiativa" eo ipso majorem valorem obtinent. (Cf. 2.2.q.104, a.l.obj.3.)

Quid de hoc?

Actus nobilissimi, maxime meritorii et benefici erant actus obedientiae: vita, passio, mors Christi-Redemptoris ("Diligo Patrem, et sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio" - "factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis"...): martirium plerumque non fuit actus facultativus, sed stricte et graviter obligatorius...; adimpletio obligationum status ex parte patrisfamilias, matrisfamilias, pastoris animarum, medici, militis... est saepesaepius heroismus, et heroismus obligatorius...

"Gratuitas" minime deest in adimplitione operis praecepti. Aliquid potest iudicari "gratuitum" dupliciter: vel ex parte operis, quatenus homo ad id non obligatur; vel ex parte operantis, quatenus id adimplet voluntate libera, prompta, amantissima. Jamvero opus obtinet valorem, laudem, meritum, praecipue quod ex tali voluntate procedit, et hoc maxime apud Deum... Accidere potest ut opera proprio iudicio electa sint minus meritoria, imo forsitan valde imperfecta, quia praecise deest illa "gratuitas" voluntatis amantissimae. Cf. 2.2.q.104.a.l.ad 3.

Opus ex obedientia vera et virtuosa adimpletum habet suum valorem moralem proprium et quidem eminentem. Cf. supra p. 65.

Est bonitas moralis, qualis praecise convenit naturae humanae, quatenus scilicet est natura rationalis creata et socialis. Perfectio actuum humanorum non est dijudicanda absolute, abstractione facta ab hominis natura.

Verum est opus libere electum ex personali "initiativa" habere suum proprium et objectivum valorem. Iste vero non consistit in hoc, quod opus fiat majore ex caritate...; nec in hoc, quod opus perficiatur magis spontanee, magis alacriter, minore cum repugnantia...: haec omnia sunt conditiones actus accidentales et potius psychologicae quam morales. Valor proprius et objectivus operis libere electi est in hoc, ut procedat e proprio iudicio, ut sit actus personalis prudentiae deliberantis et imperantis. In hoc differt essentialiter ab opere imperato a lege vel praecepto superioris.

Ex hoc nihil aliud sequitur, nisi quod praeter obedientiam sunt quoque aliae virtutes, et in particulari prudentia cujus actus sunt deliberare, iudicare, et imperare (prendre des initiatives); quod ista quoque est necessaria ad vitam humanam et christianam, quod adolescentes adjuvandi sunt

in formatione tum obedientiae tum prudentiae... Utraque virtus est necessaria. Valor unius non fundatur in diminutione alterius... Est quaestio paedagogiae, ut in utraque virtute apte exercentur...

2) Quasi instinctive apprehendunt obedientiam ut diminutionem libertatis.

Facile latere potest conceptio erronea libertatis, quasi essentialiter consisteret in hoc, quod quis facere possit quidquid placet... Libertas non est idem ac licentia... Cf. I Petri. II, 16; Galat. V. 13.

Obedientia vera et proprie dicta est essentialiter libera, supponit actum humanum ideoque liberum... Machina et animal exsequuntur motum, non proprie obediunt. Quo perfectior est actus humanus et liber, eo perfectior est obedientia, positus ponendis... Cf. 2.2.q.104, a.1, ad 1.

Vera et virtuosa obedientia est liberatrix. Est reactio seria et libera- trix contra superbiam, instinctum aggressionis, dominationis, independentiae, obstinationis, contra pigritiam, inconstantiam, levitatem... "Dum alienae voci humiliter subdimur, nosmetipsos in corde superamus" (S. Greg. Magn., Mor., 1.35, N.28; P.L. 76, col. 765). Ernest Psichari, Les Voix qui crient dans le désert: "Nous sommes de ceux qui brûlent de se soumettre pour être libres."

Liberat quoque a multiplicitate legum et praescriptionum. Quo minus homines sunt dispositi ad prompte obediendum, eo major necessitas multiplicandi leges, praescriptiones...

E contra subjectio verecunda et amantissima erga auctoritatem divinam ac propter ipsam, erga auctoritatem legitimam omnem agit sicut gratia, scilicet inclinatur ab intrinseco ad diligendum et salvandum ordinem, bonum commune, voluntatem superioris. Non indiget coexercitione externa legum... Cf. Gal. III, 19: "Quid igitur lex? propter transgressionem posita est."

Verum est quod obedientia restringit libertatem moralem: est de natura hominis, quatenus est creatura et creatura socialis. Sed non est de ejus natura, ut illa restrictio libertatis moralis sit totalis et per omnia. E contra est de intentione naturae et Auctoris naturae, ut homo sese dirigat etiam iudicio prudentiae propriae. Cf. 2.2.q.47, a.12: "Quia quilibet homo, in quantum est rationalis, participat aliquid de regimine secundum arbitrium rationis, in quantum convenit ei prudentiam habere." Unde in omni instituto auctoritas et obedientia sunt limitatae "secundum Constitutiones". Verae virtutes non realiter opponuntur, unaquaque servante "justum medium".

Imo intra limites suae competentiae et stricti juris, Superioribus convenit, ut sciant sapienter temperare exercitium auctoritatis et exigentias obedientiae, ne vires psychologicae et morales continua "tensione" exhauriantur. Cf. art. 583 - Col. III.21 - Eph. VI.4.

Unde necessitas adjuvandi juniores, ut fomentur et exercentur tum ad obedientiam tum ad rectum usum suae libertatis, ducente prudentia christiana et ratione habita consilii evangelici obedientiae. Ipsa vera et virtuosa obedientia est schola libertatis: un apprentissage de la liberté. Obedientia evangelica tota quanta ordinatur ad perfectam libertatem... Sicut paupertas evangelica ordinatur ad bonorum possessionem perfectam, ut scilicet bona vere possideamus, potius quam ab eis possideamus...

3) Obedientia elevat ac promovet dignitatem et superioritatem personae humanae.

Per obedientiam virtuosam subditi partem habent idearum, propositorum, consiliorum superiorum... et praesertim eorum amoris, impensae voluntatis pro bono communi et operibus societatis... et finaliter partem in dispositionibus et benevolentia Divinae Providentiae.

Ita obedientia est quasi schola superioratus: addiscitur "spiritus iniciativae", sensus responsabilitatis, prudentia "politica", sive gubernativa. Cf. 2.2. q.50, a.2.

Hoc magis appetibile in statu religioso: Superiores gubernant et ordinant vi probatarum constitutionum, vi sapientiae saecularis...

Obedire virtuose est actus lucidus, intelligens, actus ingenii capacis amplectandi horizontem late patentem: emergit supra planum individualismi restricti et sese elevat ad planum superiorem et latiore boni communis et finaliter ordinis divini... "Le fait de servir et d'obéir au mieux est déjà un acte de chef" (Lyautey).

Per obedientiam plus offerimus Deo: supra pp.63sq.

Obedientia majori merito dat locum: supra pp.64sq.

Unde per obedientiam virtuosam vere valemus aliquid (valoir quelque chose). Mgr de Mazenod, ep.12-9-1833 ad P. Tempier: "Quand on ne s'abîme pas dans l'obéissance, on n'est bon à rien, quelques vertus qu'on ait, quelques soient les talents que l'on possède."

4) Evitent juniores quemdam "simplicismum", assuescant perspicere totam realitatem auctoritatis et obedientiae: sunt aliquid complexum in quo divinum et humanum miscentur.

In omni vera auctoritate invenitur substantia divina i.e. auctoritas divina cui finaliter innititur omnis auctoritas. Cf. Jean XIX.11 - I Petr. II.13-15 - Rom. XIII,1-5.

et species humana i.e. homo qui dirigit, ordinat, praecipit... plus minusve sapienter, plus minusve humaniter: dominorum alii sunt "boni et modesti", alii "dyscoli" (I Petr. II.18).

Sicut in Ecclesia Christi est "substantia divina" et "species humana". Est ita praevisum et volitum a Deo, est ordo naturae et gratiae.

Item in obedientia miscentur quasi "substantia divina": cogito de auctoritate divina, diligo eam filialiter, accepto eam etiam velatam auctoritate humana, obedio fide et caritate...

et quasi "species humana": actus psychologicus humanus, determinatus per conditiones subjectivas et objectivas, individuales et sociales. Homo adultus aliter obedit ac infans... homo excultus aliter ac illiteratus... Exercitium auctoritatis et obedientiae aliter se praesentat epocha vitae anachreticae, aliter in medio aevo sub regimine feudali, aliter temporibus modernis; aliter in institutis contemplativis, aliter in activis et apostolicis.

Unde, pro Superioribus, necessitas adaptandi exercitium auctoritatis (est actus virtutis prudentiae, et haec observat "medium rationis!"), et praesertim revelandi substantiam divinam suae auctoritatis, potius quam eam obscurant suo modo agendi et gubernandi.

N.B. Obedientia vera minime importat "annihilationem" vel diminutionem voluntatis liberae et personalitatis. Attendas ad characterem analogicum terminologiae usitatae in hac materia: "mactatur" - "holocaustum" etc.

Subjiciendo nostram voluntatem creatam plenius ac universalius divinae voluntati, invenimus nostram libertatem et personalitatem eminentius... sicut natura humana assumpta a Verbo eminentius invenit personalitatem in hac unione cum Verbo. "Quaelibet res perficitur per hoc quod subditur superiori." (2.2.q.71.a.7). Est de perfectione voluntatis creatae, ut libere subjiciatur Voluntati Increatae... Ut quis intelligat elevationem obedientiae religiosae, necesse est ut habeat "sensum Dei" et sensum creaturae.

### B) De voto obedientiae

in

Congregatione Oblatorum B.M.V.I.

Art. 223-225

#### Praenotamen.

Ista sectio deest in manuscriptis gallicis et in Ia ed. latina (1827). Editiones 2a (1853) et 3a (1894) unicum articulum de hac materia habent: "Itaque apud nos vovetur obedientia."

Sub influxu decretorum S.Sedis et jurisprudentiae romanae invalescentis ("Normae") ed. 4a (1910) primo inseruit istam sectionem cum suis 3 articulis (235-237).

Revera, multum interest ut omnes clare dignoscant vim, limites et locum voti obedientiae in Congregatione.

#### I. Principium generale de voti obedientiae loco et vi in Congregatione. Art.223.

##### a) Locus voti obedientiae in Congregatione:

"Itaque apud nos vovetur obedientia".

Textus est e 2a editione (1853), art. I., non quasi tunc tantum votum obedientiae fuisset obligatorium apud nos...

Ingredientes Congregationem Oblatorum suscipimus consilium evangelicum obedientiae, et quidem tanquam elementum essentielle status nostri (can.487).

Et ad ejus observationem nos adstringimus voto publico (can. 487), ita ut apud nos obedientia non sit mere res disciplinae socialis, sed etiam res religionis, cultus filialis Dei;

ita ut transgressio induat malitiam specialem, ex genere suo gravem, contra virtutem religionis, specialem irreverentiam in cultu Deo debitum per infidelitatem in promissis Deo factis.

b) Vis (la portée) voti obedientiae in Congregatione:

"Per hoc votum, assumitur obligatio obediendi praecepto legitimi Superioris..."

Vis et limites nostri voti obedientiae exacte circumscribuntur per indicationem superiorum quibus ex voto obediendum est, et materiae remotae et proximae in qua obediendum est.

Textus est derivatus e editione 4a (1910), art. 235, qui est desumptus ex "Normae", No 132.

Superiores quibus obediendum est vi voti:

"... obligatio obediendi praecepto legitimi superioris".

Ergo, apud nos, soli "Superiores" in sensu canonico praecipere possunt vi voti obedientiae, ii scilicet quibus e jure communi vel particulari committitur saltem potestas dominativa in subditos, quibus competit regere Congregationem, provinciam vel domum (qui sont vraiment "chefs"), cf. can. 501s).

Ergo non ii qui sunt solum "officiales", qui cooperantur Superioribus: Assistentes sive Consultores, Oeconomus, Procurator Generalis, Sacristanus, Bibliothecarius, valetudinario praepositus...

Apud nos, omnes Superiores praecipere valent vi voti obedientiae: Capitulum generale, Superior generalis, Provincialis, Superior localis, Visitatores (secundum facultates sibi datas: art. 495 sq; 503).

Materia proxima nostri voti obedientiae est praeceptum in sensu stricto (ordre, commandement), quod importat ex parte Superioris voluntatem obligandi subditum in conscientia, et quidem voluntatem sufficienter manifestatam.

Ergo merum desiderium, consilium, petitio, "directiva", reclamatio... Superioris non inducit obligationem voti.

Item qualitas sive perfectio executionis non cadit sub obligatione voti: executio prompta, humilis, affectiva, cum subjectione proprii iudicii...

Materia remota nostri voti obedientiae sunt omnia "quae pertinent directe vel indirecte ad vitam Instituti, hoc est ad observationem votorum et Constitutionum". Cf. 2.2.q.104, a.5.c. et ad 3; q.186, a.2; a.5, ad 4.

Ergo ea quae pertinent ad "vitam Instituti", sive "directe" (ad ejus vitam apostolicam vel religiosam: missiones internae et externae, praedicatio Verbi divini... vita communis pauper, charitas fraterna, disciplina regularis...), sive "indirecte" (tamquam consecratoria vel condiciones indispensabiles: evitare frequentationes periculosas, sese immiscere rebus extraneis in detrimentum operum Congregationis, bona fama Instituti vel ejus membrorum...)

Ad majorem praecisionem additur materiam nostri voti obedientiae esse ea quae pertinent "ad observationem votorum et Constitutionum", quorum proinde fit mentio in Constitutionibus explicite vel implicite saltem aut virtualiter.

Ergo materia voti nostri non sunt

ea quae sunt supra Regulam nostram, v.g. perpetua abstinencia, vigiliae nocturnae, cura aegrotorum extraneorum...

Nec ea quae sunt infra Regulam: res ridiculae, undequaque indifferentes, res minimi momenti, tales quae "non sunt de rebus pertinentibus ad dilectionem Dei et proximi". (2.2.q.186, a.5. ad 4).

Nec ea quae sunt contra Regulam, quae scilicet explicite vel implicite prohibentur a nostra Regula, v.g. mendicare...

N.B. 1. In dubio, praesumptio statim favorem Superiorum.

Cf. Mgr de Mazenod, ep. 30-5-1839 ad P. Pélissier: "... vous ne trouverez pas mauvais que je m'acquitte d'un devoir, en vous reprochant, en toute simplicité, la négligence que vous avez mise dans le service de la paroisse de l'Osier. C'eût été une fervente illusion de croire que vous n'étiez pas tenu à faire ce qui dépendait de vous pour soigner la paroisse, comme un bon pasteur doit faire, sous prétexte que vous êtes missionnaire. Sachez bien, mon cher fils, et répétez-le bien haut à tous ceux qui seraient tentés de se prévaloir de ce prétexte pour ne pas se porter avec zèle aux fonctions, quelles qu'elles soient, qu'on leur prescrit... Il n'appartiendra jamais à qui que ce soit dans la Congrégation de raisonner sur le ministère que les Supérieurs départissent selon le besoin de la Congrégation ou de l'Eglise... à Rome même, voyons-nous des paroisses gouvernées par les Dominicains, des Franciscains, des Bernardins même... C'est à la sagesse des Supérieurs généraux de juger de l'opportunité de la chose. Tout est dit pour les sujets, quand ils ont reçu leur obédience; et ils sont tenus à remplir cette mission avec tout le zèle dont ils sont capables, dès lors qu'elle leur est confiée."

N.B. 2. Praxes et opera extranea finibus sive operibus Congregationis caduntne sub obedientia vi articulorum 3sq. (supplere instituta religiosa sublata) et 230 (de universalitate nostrae obedientiae)? v.g. cura aegrotorum extraneorum, cultura terrae (sicut monachi medii aevi: défrichement), labor in officinis, directio et instructio in scholis elementaribus...???

In adjunctis normalibus, ordinariis: negative.

Ipsè V. Fundator noster consultavit omnes suos Oblatos intuitu acceptationis operis novi et extranei (1841: missiones exterae; 1860: affiliatio cum Congregatione Sororum S. Familiae).

S. Alphonsus, Theol. Mor., l.IV, c.I, No 40: "Nec refert quod regulae jubeant in omnibus obedire; id enim non de obligatione voti, sed de obedientiae perfectione intelligitur." Cf. 2.2.q.104, a.5, ad 3; Quodl.I, a.15.

In adjunctis extraordinariis (quando jam ipsa charitas christiana stricte et graviter exigit actionem religiosorum, vel ipsa opera propria Congregationis jam nequeunt exerceri sine activitate de se extranea, quod facilius accidere potest in exteris missionibus): affirmative, sec. sapientiam Superiorum. Sic intelligi posse videntur quaedam epistolae V. Fundatoris: v.g. epistola 30-5-1839 ad P. Pélissier et notatio in Diario 31-5-1839.

II. Praecisiones particulares circa applicationem principii generalis de voto obedientiae in Congregatione Oblatorum. Art. 224-225.

a) Circa materiam proximam voti. Art. 224.

Materia proxima est "praecipuum legitimi superioris". Iste autem praecipere potest vario gradu, modo et forma. Eritne semper obligatio voti?

Textus in hac forma fuit introductus in ed. 4a (1910), art. 236, conformiter ad "Normae" no 135. In ed. 5a (1928) interposuerunt verba "determinato praecipuo".

Attamen elementa hujus articuli jam inveniuntur in editionibus 1a, 2a, et 3a, art. XIX; imo jam in ms.I (1818) in fine paragraphi: cf. infra, a.228.



Commentarium.

Non quaecumque praeceptum secum trahit obligationem voti, sed solum praeceptum determinatum (non exhortatio generalis obediendi Constitutionibus et superioribus), expressum et sufficienter manifestans intentionem superioris volendi obligare plenitudine auctoritatis superioris religiosi.

Legislator vult tollere omnem ambiguitatem et occasionem scrupulorum.

b) Circa usum potestatis obligandi subditos vi voti. Art. 225.

Est textus articuli 237 editionis 4ae (1910) introducti conformiter ad "Normae" no 136.

"Raro...": occasiones quibus exercenda obedientia sunt multiplices et variae per totam diem; si superiores vellent uti tota plenitudine suae auctoritatis in omni occasione, nimis aggravarent conditionem religiosorum, continuo eos exponerent periculo peccandi contra votum...

Insuper, periculum pro superioribus abutendi sua potestate...

"caute ac prudenter...": utique, prudentia christiana quae scilicet est in servitium caritatis, quae attendit tum ad bonum personale subditi, tum ad bonum commune domus vel Congregationis vel Ecclesiae, tum ad bonum extraneorum; quae perpendit circumstantias personarum, temporis, loci... Superiores conscientiam habeant gravitatis hujus actus "praecipere in virtute sanctae obedientiae".

Obedientia religiosa non respicit res ordinandas, sed personas, filios-familias dirigendos...

"et non nisi ex gravi causa...": causae occurrentes non sunt omnes ejusdem momenti et urgentiae; est praecise officium prudentiae gubernativae distinguere gradus gravitatis servitiorum eaque diversimode praecipere...

"Expedit praeterea ut... formale praeceptum in scriptis vel saltem coram duobus testibus imponant", quamvis non requiratur ad validitatem. Commendatur ut tollatur omnis ambiguitas, omnis contestatio in futuro..., ut locus detur seriae reflexionis tum superiori, tum subdito...

N.B. 1. Rebus ita dispositis religiosus raro habebit meritum voti obedientiae. Ad quid emittere hujusmodi votum?

Cf. Rauss, C.Ss.R., De sacrae obedientiae virtute et voto (Lyon, Vitte 1923); pp.278ssq. - Paul Philippe, O.P., in "Vie spirituelle" mai 1952, p.518.

1) Religiosus, et ipsemet novitius, fideliter vivens sub regimine obedientiae semper in praxim deducit consilium evangelicum obedientiae, scilicet consilium obedientiae supererogatoriae ad exemplar CHRISTI. Et hoc est praecipuum.

2) Praeterea, Religiosus professus quotiescumque obedit virtuose id facit implicite et virtualiter ratione sui voti obedientiae. Revera emissio votorum est fundamentum et causa remota omnium actuum obedientiae: si sum in isto statu religioso in eoque persevero, fideliter observans disciplinam religiosam et in particulari obedientiam, est ratione meae professionis initialis; votum obedientiae dominatur omnibus actibus obedientiae, in eos influit; votum obedientiae quodammodo protegitur per omnes et singulos actus obedientiae, et per eos adimpletur, quatenus exsequor non solum illud minimum quod stricte et sub peccato debetur, sed etiam id quod pertinet ad finem voti ejusque sensum vel spiritum, etenim finis sive sensus voti est exercitium

magis ac magis perfectum virtutis obedientiae. Cf. Constitutiones Congregationis "Les Dominicaines de Béthanie", approbatae 1-4-1947, art. 171: "Tout acte d'obéissance de la religieuse participe au mérite du voeu. Mais si la religieuse n'obéit pas, il n'y a péché que lorsque la supérieure a fait un précepte formel ou que la religieuse agit par mépris de l'autorité." (cité in Vie spirituelle, l.c.521).

N.B. 2. Quamvis votum obedientiae de se obligare potest sub gravi vel sub levi, secundum gravitatem materiae et intentionem superioris, tamen practice, supposito art. 225 observato, semper obligat sub gravi. Cf. Rauss, O.c., p. 194 sq.; 232 sq.

C) De eis quae voto et virtuti  
pariter convenire possunt.

Art. 226-242

Cum ista sectione redimus ad textus primitivos manuscriptorum et Iae editionis latinae qui successive agebant de qualitate obedientiae Oblatorum, de Superioribus quibus est obediendum, de eis qui obedire debent, de quibusdam materiis in quibus obediendum est (ubi ms.I plura habet quae postea in propriis locis reposita inveniuntur, v.g. de correspondentia, de refectionibus, de relationibus cum proximo).

Divisio hodierna, i.e. abhinc ed. 4a (1910), paululum differt a primitiva:

- I. De eis quibus obediendum est. Art. 226-227.
- II. Normae secundum quas obediendum est apud nos. Art. 228-229.
- III. Qualiter obediendum est apud nos. Art. 230-232.
- IV. Quis obedire debet apud nos. Art. 233-235.
- V. In quibus obediendum est apud nos. Art. 236-242.

I. De eis quibus debetur obedientia apud nos. Art. 226-227.

- a) Qua religiosi Oblati obedientiam debent S.Pontifici et propriis Superioribus religiosis. Art. 226.

Est articulus 238 editionis 4ae (1910), cui addiderunt in ed. 5a (1928) complementum "cui etiam vi voti obedire tenentur".

1) Summus Pontifex.

Jam in ed. 1a (1827), art. IV, legebatur item ac hodie: "Omnes de Societate obedientiam profitentur, primo Sanctissimo Domino Nostro Papae". In ms.I (1818) omittitur mentio obedientiae erga Ss. Pontificem, utpote nimis evidens.

Rom. Pontifex est supremus Superior omnium Religiosorum: Can. 499, §1. Obedientia debetur Rom. Pontifici agenti sive immediate per seipsum sive per organa Curiae Romanae competentia, praesertim per Congregationem Religiosorum. Cf. Rauss, o.c. pp.207sq.

Non autem Cardinali Protectori: can. 499, §2.

Amor, reverentia et obedientia erga Rom. Pontificem sunt notae characteristicae nostrae Congregationis: Cf. art. 60, 74, 369.

Exemplum V. Fundatoris: cf. Yenveux, o.c., II.

## 2) Superiores religiosi proprii.

Dispositio introducta in ed. 4a (1910), art. 238, et jam locum tenet eorum quae in editionibus praecedentibus, art. IV, addebantur circa obedientiam debitam Ordinariis locorum.

Obedientia propriis Superioribus debita exprimebatur in prioribus editionibus et in ms.I pluribus articulis, et praesertim in art. V (hodiernus art. 229).

Omnes Superiores jus habent ad nostram obedientiam, unusquisque in suo ambitu: Capitulum gen., Superior generalis, Provincialis, localis. Cf. can. 501, §1.

Sive Superior, secundum adjuncta, significet esse obediendum vi voti, sive praecipiat "simpliciter". (art. 224).

Sive praecipiat immediate per seipsum, sive per alios, v.g. visitatores (art. 495sq.) vel officiales inferiores (art. 229).

Magister Novitiorum, quamvis qua talis non sit stricte loquendo "Superior", jus tamen habet ad obedientiam Novitiorum: can. 561; art. 607, 704.

Potestas cui nititur jus Superiorum Oblatorum ad obedientiam subditi?

Non est potestas jurisdictionis (Congregatio non est religio clericalis exempta), sed dominativa. Cf. can. 501, §1.

Est autem potestas dominativa jus regendi familiam religiosam ab Ecclesia approbatam intuitu status publici perfectionis christianae profitendi. Non respicit directe ordinem publicum Ecclesiae, sed ordinem privatum familiae ejusque membrorum, scilicet Voluntates particulares subditas patrifamilias. Propterea non complectitur potestatem nec legislativam, nec judicariam, nec coercitivam plenam.

Quamvis differat a potestate jurisdictionis, canones per plures respicientes potestatem jurisdictionis sunt tamen applicandi, servatis servandis, potestati dominativae, scilicet can. 197, 206-209; Pontif. Com. Interpretationis Codicis, 26-3-1952. Cf. Acta A.S., 1952, p. 497.

Fons potestatis dominativae est auctoritas suprema et plenissima Ecclesiae regendi in ordine ad finem supernaturalem omnes fideles, tum singillatim sumptos, tum conjunctos in societatibus religiosis.

Potestas dominativa in religiosis institutis non est proinde mere privata.

b) Ordinariis locorum Oblati obedientiam debent per se nomini qua fideles et sacerdotes. Art. 227.

Historia dispositionis.

Quoad substantiam est primitiva; sed pluries mutavit sedem et formam.

In regula s. Alphonsi articulus primus paragraphi de voto obedientiae refertur ad obedientiam debitam Ordinariis locorum (cf. Cosentino, o.c. I, p. 91).

P. de Mazenod eum taliter qualiter assumpsit in ms.I (1818): "Les membres de notre Société font profession d'obéir aux Ordinaires des lieux où ils se trouvent, pour tout ce qui a rapport à l'exercice du ministère et qui n'est pas défendu par les Constitutions."

Insuper, in I.p., ch.I "De la fin de l'Institut", art.2: "C'est pourquoi les membres de cette Congrégation s'emploieront, sous l'autorité des Ordinaires dont ils dépendront toujours, à procurer les secours spirituels aux pauvres gens..."

Denique in 3.p.ch.I, §2 "Du Supérieur général et des 4 assistants": "Le supérieur général aura une autorité absolue dans le gouvernement intérieur et domestique, sur tous les sujets et dans toutes les maisons de la Société. Quant à ce qui est purement extérieur, on sera toujours soumis à la juridiction des évêques diocésains..."

Item fere servatur in ed. 1a(1827). Hic in paragr. de obedientia, art.IV: "Omnes de Societate obedientiam profitentur, primo Ss. Domino Nostro Papae; deinde quoad ministerium externum, et circa ea quae a constitutionibus nostris haud sunt aliena, locorum Ordinariis in quibus morantur."

In p.1, c.I "De fine Societatis", art. II: "Quamobrem societatis hujus membra (sub Ordinarii potestate) nihil praetermittent..."

In p. III, c.2, paragr.2 "De Superiore generali", art. IX: "Quoad omnia quae sunt mere exteriora, Episcoporum dioecesanorum regimini seu directioni subjicientur semper Missionarii."

Item in editionibus 2a (1853) et 3a (1894).

Editio 4a (1910) suppressit mentionem subjectionis sub potestate Ordinariorum tum hic in paragr. de obedientia, tum in paragr. de Superiore generali; e contra, in I.p., cap.I "De fine Congregationis", introduxit novum articulum 9: "Cum Congregationis sodales vota tantum simplicia emittant, salva quoad eos semper manebit Ordinariorum jurisdictione ad formam sacrorum canonum et apostolicarum constitutionum."

Editio 5a (1928) hunc articulum delevit in suo loco ac partialiter re-sumpsit hic in novo articulo 227, sequendo pressius can. 500, §1.

#### Commentarium.

Oblati subduntur potestati jurisdictionis Ordinariorum locorum (Episcopi residentialis, Vicarii vel Praefecti Apostolici, Administratoris Ap. Praelati nullius... cf. can. 198) quam isti e jure vel ex natura rei habent in omnes suos fideles et sacerdotes, v.g. circa cultum publicum, receptionem sacramentorum eorumque administrationem, observationem dierum festorum, abstinentiae et jejunii, praedicationem verbi divini... Nisi expresse eximantur quoad quaedam, sive e jure communi (v.g. circa ministerium sacrum in nostris propriis ecclesiis vel oratoriis, servatis servandis: can. 497, §2; circa Eucharisticum Viaticum et Extremam Unctionem, circa funeralia: can. 514), sive particularibus indultis (v.g. circa jurisdictionem "oblatam", ordinationes).

E contra, qua religiosi Oblati subtrahuntur potestati Ordinariorum, quia Congregatio est religio juris pontificii (cf. can. 618, §2), nisi in casibus in jure expressis (v.g. can. 639; 671; 616sq; 385).

Faciendo se religiosos per professionem Oblati non cessant esse "fideles" Ecclesiae Christi. Domus ad quam pertinemus est pars, et pars potior, istius Ecclesiae particularis in qua sita est (Ecclesia universalis, jure divino, divisa in ecclesias particulares regendas ab Episcopis, successoribus

Apostolorum: "Quos Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam Dei".) Episcopus dioecesanus est proinde noster pastor ordinarius, Episcopus noster... Per professionem perpetuam amittimus quidem propriam et personalem dioecesim, quam scilicet habuimus ratione domicilii personalis (can. 585), non vero omnem dioecesim. Religiosus non exemptus sortitur suam dioecesim per domum ad quam pertinet.

Respectu ejus reverentia et amor tum inter nos, tum coram sacerdotibus saecularibus... Est de patrimonio spirituali Oblatorum! cf. art. 60; correspondantiam et modum agendi V. Fundatoris. Ipse qui erat "inter episcopos Galliae Romanissimus" ac voluit suos Oblatos esse "viros Papae: les hommes du Pape", simul se constituit defensorem auctoritatis episcopalis ac voluit suos Oblatos "viros Episcopi". Ep. du 14-6-1847 ad Mgr Menjaud (Nancy): "... J'ose vous l'assurer et je m'en fait le garant, vous n'aurez jamais à vous repentir de les avoir adoptés (i.e. les Oblats envoyés à Nancy) ... L'esprit que je leur inspire et qu'ils ont parfaitement saisi, c'est de se regarder comme les hommes de l'Evêque, de lui vouer un attachement et une soumission inviolable, de faire respecter partout et par tous son caractère et son autorité, de ne jamais rien faire sans son aveu; en un mot, d'être à son égard comme des enfants pour leur père."

Ep. du 20-1-1847 ad episcopum in Montréal: "... Elle (i.e. la Congrégation des Oblats) doit être, dans la main des évêques, l'instrument dont ils doivent se servir pour s'aider à remplir leur grand ministère."

Ep. 10-2-1849 ad P. Bellanger in Blidah (Algérie): "Je suis charmé que vous ayez accompagné Mgr de Pavy à Philippeville; en vous voyant de près, il comprendra toujours davantage que nos Missionnaires sont les prêtres les plus dévoués aux évêques et que toute leur ambition est de prendre sur leurs épaules une portion du fardeau qui pèse sur les prélats... Je désire que Mgr se persuade bien de cela qui est un principe constitutif dans la congrégation. J'étais bien loin de penser que je dusse devenir évêque moi-même puisqu'en 1823 j'avais positivement refusé l'évêché qu'on me destinait. Eh bien, je disais parmi les nôtres que je voudrais servir d'escabeau pour relever les Evêques dans l'Eglise de Dieu. Tout ce que je demande c'est que les Evêques nous facilitent les moyens de maintenir parmi les nôtres qui se consacrent à leur service, l'esprit de leur sainte vocation, la régularité, la discipline religieuse." Cf. Yenveux, o.c. II.

Non deerant ei conflictus cum episcopis dioecesanis; et tunc quoque, simul cum firmitate, servabat reverentiam debitam et moderationem. Cf. Yenveux, o.c. II (144sq.).

## II. Normae secundum quas Oblati vitam suam ordinare debent. Art. 228-229.

### a.) Normae communes: Regulae et Constitutiones. Art. 228.

#### Historia textus.

Ejus substantia est primitiva.

In regula s. Alphonsi, 2.p., cap. I, §3, art. 2, legitur: "Ils prêteront pareillement une obéissance exacte, d'abord à toutes leurs Règles et Constitutions, dont ils seront des observateurs très fidèles."

Iste textus apparet in nostro ms. I (1818) litteraliter: v. Missions, 1951, p. 51.

Transiit deinde in editiones latinas: la ed. (1827) art. V: "Strictam imprimis praestabunt obedientiam regulis et constitutionibus quibus fideliter adhaereant". Item in ed. 2a et 3a.

Ed. 4a (1910) duos articulos habet de observatione Regularum, scilicet art. 239 de natura obligationis servandi Regulas, de qua infra, et art. 240 "Licet Constitutiones per se non obligent sub reatu culpa, nihilominus ut perfectionem virtutis obedientiae assequantur Nostri, easdem fideliter servent."

Ed. 5a (1928) supprimit omnia quae in ed. praecedentibus habentur de natura obligationis servandi Regulas et in unico articulo 228 fere refert verba can. 593. Cf. Circ. 140 (16-7-1928), p. 14 (T.IV, p. 120).

#### Commentarium.

"Omnes et singuli Societatis sodales...", etiam Oblati votorum temporaneorum (can. 578, 2<sup>o</sup>); etiam novitii (art. 708, 718; can. 562; can. 565, §1); etiam fratres laici (art. 774); etiam ii quibus ministeria specialia committuntur, ut professores (art. 55; 757) vel parochi (art. 161); etiam itinerantes vel in aliena communitate versantes (art. 341 sqq; Acta Cap. 1949, a.48).

Ex hoc evidenter non sequitur, ut omnes eodem materialiter modo vivant et occupentur, sequantur eundem materialiter programma et horarium vitae quotidianae. Ipsae Constitutiones praevident quasdam adaptationes in adjunctis particularibus vitae et munerum, v.g. in exteris Missionibus... pro iis qui Seminariis addicuntur (art. 88, 89) vel parocciis (art. 161), pro fratribus laicis (774, 776, 779), pro infirmis...

Praeterea, Constitutiones nostrae, sicut omnis lex ecclesiastica, admittit causas legitimas excusantes ab obligatione, dispensationem, usum epichiae sive aequitatis. Ad Superiores pertinet invigilare, ut omnes istae exceptiones et differentiae remaneant secundum Regulam et non contra. In Congregatione desideratur unitas per subjectionem omnium uni eidemque Regulae, non autem "uniformismus".

"Superiores aequae ac subditi". Congregatio est hierarchica et sana "democratia" christiana. Apud nos superioritas non est exemptio, privilegium, remuneratio, sed servitium; et eminentia superioratus compensatur communitate obedientiae. Prima obligatio Superioris est dare exemplum fidelitatis et obedientiae. "Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit." (Rom. XIII, 1).

"secundum Regulas et Constitutiones totam vitam stricte componere".

En de quo agitur pro Oblatis! Nequit proinde esse questio, ut quisque componat vitam suam secundum praeferentias et gustus suos individuales. Sed unusquisque contendat, ut eam organizet secundum rationem oblati (idéal oblat) expressam in Regula.

Hoc principio theoretice admissio, practice quoque secundum illud agendum. Unde non admittenda illa mania utendi omni occasione et praetextu, ut quis se subtrahat Regulae... vel subordinandi quasi a priori Regulam omnibus circumstantiis occurrentibus... Secus accidere potest ut quis nequidem unum diem per annum vivat secundum Regulam!

"stricte componere debent". Vera obligatio in conscientia observandi Regulam et Constitutiones resultat

1° ex auctoritate Ecclesiae: cf. can. 593. Ecclesia approbans Regulas et Constitutiones nostras, eas facit suas, ita ut sint deinceps leges Ecclesiae, utique particulares, et Ecclesia velit eas servari ab Oblatis. Cf. Leo XII, Litterae Ap. 21-3-1826 (Constitutiones, 1928, p. 191).

2° ex natura rei. Professio religiosa est contractus bilateralis inter Institutum et candidatos et isti suscipiunt obligationem obediendi. Regulis et Constitutionibus illius. - Societas exigere debet observationem suarum Regularum, ut vita socialis sit possibilis et illa attingere possit suos fines. Cf. Praefationem, p. 16. - Praeterea, est exigentia nostri status, i.e. status perfectionis evangelicae prosequendae. Importat tamquam medium propriissimum et divinitus indicatum consilia evangelica, inter quae consilium obedientiae supererogatoriae. Jamvero istud non circumscribitur materia voti, sed complectitur etiam observantiam Regularum. "Religiosis prodest professio, si Regulam observent." Cf. S.Th., in Rom. II, 25, lect. 4.

De natura autem hujus obligationis observandi Constitutiones dicitur in appendica.

"atque ita ad perfectionem proprii status contendere debent". Indicatur motivum proprium. Observando Regulas Oblati practice et concrete realizant obligationem primordiale sui status, scilicet tendere ad perfectionem evangelicam sive christianam, et quidem hanc obligationem adimplent modo suae vocationis oblaticae proprio, secundum spiritum proprium sui Fundatoris. Ad hoc specialissime Regulae et Constitutiones sunt approbatae a suprema auctoritate Ecclesiae.

Ex hoc apparet dignitas et valor moralis Regularum: late patent realitatibus superioribus, unionis progressivae cum Deo fide, spe, caritate, servitio fideli, ad quas tota quanta ordinantur. Regulae sunt quasi occasiones Deo obviam eundi: des occasions de rencontre avec Dieu. Non sunt proinde res mere disciplinariae, et eas virtuose observando minime prosequimur perfectionem mere legalem (une sorte de "dressage" pour des jeunes).

Sed simul apparet quoque relativitas valoris Regularum: non sunt realitas suprema finalis, sed media, et quidem, ex parte saltem, media contingencia, subjecta mutationi. Sunt opus prudentialis Patris legislatoris et Ecclesiae approbantis...

Merentur proinde nostram aestimationem, imo filialem venerationem: est thesaurus familiae! Unde non admittenda illa mania judicandi de eis indiscrete et arroganter. Ex altera parte, eas non habere quasi reliquarium rerum antiquarum quae non liceret tangere. Est possibilitas eas legitime adaptandi in contingentibus novis adjunctis, secundum iudicium prudentiae, utique christianae, non carnalis.

N.B. 1. Alia motiva observandi Regulas: cf. Circ. 26 (2-4-1874); 42 (10-4-1887); 137 (19-3-1927), p. 23... Theologiam spiritualem (Colin, Le culte de la règle. Paris, Librairie St-Paul)... Commentarium, Ia, p. p. 3.

N.B. 2. Modo observandi Regulas. Virtuose sive spiritualiter, non quasi mere mechanice... Ergo sub influxu fidei et caritatis...

Sub directione prudentialis, non quidem prudentiae carnalis, sed christianae, fide illustratae... Unde:

non eclectice (en prenant et en laissant) secundum gustum personale, Secundum humorem momenti...

distinguendo tamen majora et minora, non omnia habent eandem gravitatem... meticolose curare de minimis et alacriter transgredi obligationes graviores votorum vel caritatis... "Haec oportet facere, illa non omittere!"  
servando litteram non negligere spiritum legis...

N.B. 3. De obligatione tendendi ad perfectionem quae est finis observationis Regularum. Cf. Theologiam spiritualem, commentaria in Jus canonicum (de statu religioso).

#### APPENDIX: De natura obligationis Regularum et Constitutionum.

In nostro libro Regularum certo sunt articuli qui, ex toto vel ex parte, sunt doctrinales, ascetici, vel qui referunt mentem, desideria, consilia, "directivas", exhortationes Fundatoris (v.g. art. 3,4,176,221,222,229...) Sunt quidem magni momenti ad hauriendum verum spiritum Fundatoris et Congregationis, ad nostram formationem spiritualem. Sed non important obligationem moralem specialem praeter obligationem generalem reverentiae, aestimationis et sollicitudinis eos realizandi in nostra vita vario gradu fervoris.

Praeterea, sunt articuli qui referunt leges divinas vel leges generales Ecclesiae, speciatim illi qui proponunt materiam propriam votorum (v.g. art. 183,189sq.,217,226,227,241,307,349,352...): secum trahunt obligationem harum legum.

His sepositis, quid de aliis articulis qui ex forma sua sunt evidenter et certo praeceptivi vel prohibitivi?

1- Sunt verae leges Ecclesiae, utique particulares. Cf. supra p. 79. Non sunt mera consilia pia vel "directivae", quasi Oblati manerent perfecte liberi servandi Regulas vel non...

Vere important aliquam obligationem moralem. Superiores jus habent earum observationem exigendi et urgendi, admonendi, vituperandi et reprehendi transgressores, etiam publice, poenas infligendi pro transgressione; - Et subditi non habent jus recusandi actionem Superioris, ei resistendi; e contra obligationem acceptandi poenam reprehensionis publicae...

2- Imponuntne directe et formaliter obligationem theologicam, ita ut per seipsos obligent sub poena culpae in conscientia, coram Deo?

Vel directe et formaliter obligationem juridicam, in foro externo, et solum indirecte et consequenter obligationem theologicam ita ut in conscientia nequeat resistere Superiori reclamanti ac teneatur acceptare ejus reprehensionem et punitionem?

Alterum videtur dicendum. Etenim:

Talis fuit expressa mens legislatoris ab initio. Cf. ms.I (1818), in fine paragraphi (v. Missions, 1951, p. 53).

Iste textus transivit in ed. latinam (1827), art. XIX, approbatam a S.Sede: "Quamvis optet Societas ut constitutiones et regulae diligenter ab unoquoque serventur, neminem tamen (iis exceptis quae vota respiciunt paupertatis, castitatis, obedientiae et perseverantiae) obligare intendit sub peccati poena, nisi Superior in nomine Christi Domini, aut in virtute sanctae obedientiae praecipiat, quod fieri poterit, cum bonum commune aut privatum id requirere videbitur."



Ed. 2a (1853), art. XIX: "Quamvis constitutiones et regulae diligenter ab unoquoque servandae sint, neminem tamen (iis exceptis quae vota...) obligant sub peccati poena, nisi...

Item in ed. 3a (1894), art. XIX.

Ed. 4a (1910), art. 239: "Quod ad constitutiones spectat, tunc solum sodalis aliquis in culpam incurreret, si eas transgrederetur ex contemptu, vel in materia quae sive votis contraria esset, sive Dei et Ecclesiae praeceptis." Art. 240: "Licet constitutiones per se non obligent sub reatu cul-  
pae, nihilominus ut perfectionem virtutis obedientiae assequantur Nostri, easdem fideliter servent."

Ed. 5a (1928) haec omnia omisit et, sicut C.J.C., tacet de natura obligationis Regularum. Jamvero mera omissio et silentium nequeunt interpretari tamquam immutatio sensus sive naturae obligationis nostrarum regularum. Cf. Circ. 140 (16-7-1928) p. 14; C.J.C. can. 6.

Est doctrina communis auctorum probatorum de obligatione Regularum modernarum, sicut jam regulae Ordinis Praedicatorum: cf. 2.2.q.186, a.9, ad 1.

Quamvis status perfectionis exigit a religiosis plus quam communitate a fidelibus - paupertatem, castitatem, obedientiam supererogatorias - tamen videtur esse intentio Ecclesiae et Fundatorum ordinum religiosorum, sicut et ipsius Christi, ut reddant jugum perfectionis religionis suavius, filialius.

Fundatores institutorum religiosorum prius et potius quam legislatores, sunt magistri et patres spirituales, creantes et insufflantes spiritum parti-  
cularem, ostendentes viam per "directivas" spirituales...

Fideles invenirent plures occasiones peccandi in religione quam in saeculo...

3- Transgressio articuli praeceptivi vel prohibitivi sine causa excusante est semper imperfectio moralis, imo practice erit fere semper peccaminosa ratione circumstantiarum actus: scandalum, contemptus, motivum vitiosum, periculum gravioris mali tum pro ipso religioso, tum pro instituto... Unde quaestio de natura obligationis Regularum est theoretica et theologica potius quam practica. Est probabiliter ratio, cur constitutiones nostrae, sicut et novus Codex J.C., de ea nunc jam sileant: non sunt opera theolo-  
gica, sed codices legislativi, tradentes normas practicas agendi.

4- Caeterum, problemaessentiale non est scire, utrum constitutiones obligent sub poena peccati an non. Majoris momenti est probatio nostri amoris: observatio filialis et fidelis erit probatio practica et indubia nostri amoris. Cf. Joan XIV, 15, 21 - I Joan. II, 3, 4 - V, 3.

Magis importat ut abundanter hauriamus in illo thesauro familiae ad sanctificationem nostram et efficacitatem nostri apostolatus.

b) Normae particulares: praecepta superiorum. Art. 229.

#### Historia textus.

In ms. I (1818) invenitur tantum la pars hujus articuli. "Ils obser-  
veront pareillement une exacte obéissance premièrement à toutes leurs règles  
et constitutions... à tous les ordres et à toutes les dispositions de leur

supérieur, de manière à ce qu'on puisse dire d'eux qu'ils n'ont point de volonté propre, mais qu'ils l'ont toute déposée entre les mains de ceux qui les gouvernent."

Sed jam in ms. IV (textus gallicus definitivus, 1824-25) habetur etiam altera pars de praeceptis subalternorum. Cf. Leyendecker, Prolegomena, p. 132.

Iste textus gallicus transit in ed. latina (1827), art. V, et servatur per omnes editiones, paucis mutatis in ed. 4a et 5a.

#### Fontes hujus articuli.

Ia pars invenitur taliter qualiter in Regula s. Alphonsi, 2.p., cap. I, §3, a. II: "Ils prêteront pareillement une obéissance exacte, d'abord à toutes leurs Règles et Constitutions... et de plus à tous les ordres et dispositions de leurs Supérieurs, de manière qu'on puisse dire d'eux qu'ils n'ont plus rien de leur volonté; mais qu'elle soit tout entière dans la main de ceux qui les gouvernent."

De 2a parte (obedientia praestanda officialibus subalternis) nihil in Regula s. Alphonsi. Eam inspiravit forsitan quidam textus Constitutionum S.J., 3a pars, cap. I, n. 24: "Et ut magis in Obedientiae virtute se exercent, convenit, atque etiam valde necessarium est, ut non solum Superiori Societatis vel Domus, sed etiam subordinatis officialibus, qui ex illo auctoritatem acceperunt, in iis omnibus, in quibus super ipsos potestatem habent, obediant: et assuescant non intueri, quis ille sit, cui obediunt; sed potius quis ille, propter quem et cui in omnibus obediunt, qui est Christus Dominus."

#### Commentarium.

Nota indolem particularem hujus articuli: miscentur elementa doctrinali-ascetica dispositionibus legislativis sive disciplinaribus. V. Fundator intellexerat ex una parte momentum actionis gubernativae superiorum... et ex altera parte difficultatem specialem obedientiae erga superiores, praesertim inferiores. Exinde persentit necessitatem in memoriam vivide revocandi sensum, finem et verum motivum obedientiae nostrae. Loquitur hic non ad modum auctoritatis legiferentis, nec ut canonista vel magister utens terminologia technica, scolari... Sed potius ut "vir activus" (homme d'action) et magis adhuc ut pater et caput familiae religiosae-apostolicae qui format suos filios et vult eos secum trahere versus sanctitatem apostolicam... Il leur parle un langage qui étonne, fait choc, provoque la réaction et fait réfléchir.

"Omnibus jussis et dispositionibus Superiorum... adhaereant": eas vere facere suas, habendo eas vere et effective tamquam normam activitatis suae...

"juxta Constitutiones datis". Superiores subditos regere debent non ad libitum suum, sed ad mentem Constitutionum, ordinantes vel praecipientes semper in linea et spiritu Regularum. Eorum jussa et dispositiones sunt quasi applicatio Regulae ad vitam concretam quotidianam. In religiosis Institutis Superiores gubernant innixi auctoritati Constitutionum probatarum, sapientiae Fundatorum et virorum eminentium, experientiae saeculorum. Ex hoc robur institutorum, praestantia super "initiativas" privatas et separatas (isolées).

"ut dici queat illos propria esse exutos voluntate..."

Haec verba certissime non sunt sumenda in sensu absoluto et universali; periret ipsa obedientia vere humana et virtuosa!...

Talis obedientia importat, ut quis libere acceptet se dirigi in sua activitate per dispositiones alterius, i.e. per legitimum praeceptum superioris, ut proinde renuntiet voluntati propriae tamquam normae autonomae et independenti suae activitatis. Volentes sequi consilium evangelicum obedientiae supererogatoriae secundum exemplar CHRISTI, debemus esse habitualiter dispositi ad renuntiandum nostrae voluntati propriae tamquam normae autonomae et independenti nostrae activitatis oblativae. "Non mea voluntas, sed tua!"

Minime vero postulatur a nobis, ut abdicemus illud velle personale, quo voluntas, praeviente ratione fide illustrata, lucide se determinat pro bono, pro ordine, pro sincera cooperatione, ad bonum commune sub directione Superiorum. Hanc voluntatem vera obedientia praecise postulat, et ad ejus veram et progressivam libertatem ipsa obedientia non parum contribuit.

"assuescant magis magisque in illo qui praecipit Dominum considerare..." En verus sensus obedientiae christianae et praesertim religiosae atque ejus eminentia! Est ad ultimum servitium Dei, Non quasi Deus faceret sua omnia praecepta et dispositiones Superiorum easque sua infallibilitate sanciret. Sed quia auctoritas Superiorum nititur ordini et auctoritati divinae: Auctor ordinis naturae et gratiae vult homines dirigi et gubernari per alios homines utentes sua propria scientia et prudentia. Cf. Ami du Clergé, 20-10-1942, p. 63lss; Circul. 203 (8-12-1953), p. 12.

N.B. De natura obligationis ordinationum Superiorum.

1) Interventiones et dispositiones Superiorum frequentius non sunt nisi monita, ordinationes directivae, desideria vel consilia...

2) Si praecipunt vi voti: obligatio in conscientia ex voto, ut patet.

3) Superior etiam simpliciter tantum praecipiendo, vi potestatis dominativae, videtur posse obligare in conscientia, sub poena culpae. Etsi Regulae inducant per se et directe nonnisi obligationem juridicam (supra p. 80), si in casu particulari applicantur per praeceptum determinatum Superioris, jam videtur esse obligatio conscientiae obediendi.

Caeterum, practice transgressio praecepti stricti Superioris basque causa excusante vix poterit esse sine peccato... (cf. supra p. 81. Atque Superiores jus habent urgendi suum praeceptum ac puniendi transgressores, v.g. publice reprehendendo...

### III. Qualiter obediendum est apud nos. Art. 230-232.

De his nihil in Regula s. Alphonsi, paucis exceptis in art. 232. E contra, tota substantia horum articulorum invenitur in Regula s. Ignatii. Utrum vero sit dependentia directa ab ista, vix audeo dicere. Pleraque puncta sunt doctrina spiritualis et religiosa communis. Quidquid sit, articuli respectivi Constitutionum Societatis Jesu erunt optimum commentarium nostrorum articulorum.

Constitutiones S.J., 3.p. c.I, no 23: "Expedit imprimis ad profectum, et valde necessarium est, ut omnes perfectae Obedientiae se dedant, Superiorem (quicumque ille sit) loco Christi Domini Nostri agnoscentes, et interna reverentia et amore eum prosequentes, nec solum in executione externa eorum quae injungit, integre, prompte, fortiter, et cum humilitate debita, sine excusationibus et obmurmurationibus obediant, licet difficilia, et

secundum sensualitatem repugnantia jubeat; verum etiam conentur interius resignationem et verum abnegationem propriae voluntatis et judicii habere, voluntatem ac judicium suum cum eo, quod Superior vult et sentit, in omnibus rebus (ubi peccatum non cerneretur) omnino conformantes, proposita sibi voluntate ac judicio Superioris pro Regula suae voluntatis et judicii, quo exactius conformentur primae ac summae regulae omnis bonae voluntatis et judicii, quae est aeterna bonitas et sapientia."

Ibid., 6.p.; c.I, no I: "Quam quidem (i.e. Obedientiam) omnes plurimum observare et in ea excellere studeant; nec solum in rebus obligatoriis, sed etiam in aliis; licet nihil aliud quam signum voluntatis Superioris, sine ullo expresso praecepto, videretur. Versari autem debet ob oculos Deus Creator ac Dominus Noster, propter quem homini Obedientia praestatur; et ut in spiritu amoris, et non cum perturbatione timoris procedatur, curandum est: ita ut omnes constanti animo incumbamus, ut nihil perfectionis, quod Divina gratia consequi possimus, in absoluta omnium Constitutionum observatione Nostrique Instituti peculiari ratione adimplenda, praetermittamus. Et exactissime omnes nervos virium nostrarum ad hanc virtutem Obedientiae, imprimis Summo Pontifici, deinde Superioribus Societatis exhibendam intendamus: ita ut omnibus in rebus, ad quas potest cum charitate se Obedientia extendere, ad ejus vocem, perinde ac si a Christo Domino egrederetur (quandoquidem ipsius loco ac pro ipsius amore et reverentia Obedientiam praestamus) quam promptissimi simus; re quavis atque adeo littera a Nobis inchoata, necdum perfecta, relicta ad eum scopum vires omnes ac intentionem in Domino convertendo, ut sancta Obedientia tum in executione, tum in voluntate, tum in intellectu sit in Nobis semper omni ex parte perfecta; cum magna celeritate, spirituali gaudio et perseverantia, quidquid Nobis injunctum fuerit obeundo; omnia justa esse Nobis persuadendo; omnem sententiam ac judicium Nostrum contrarium caeca quadam Obedientia abnegando; et quidem in omnibus quae a Superioribus disponuntur, ubi definiri non possit (quemadmodum dictum est) aliquod peccati genus intercedere. Et sibi quisque persuadeat, quod qui sub Obedientia vivunt se ferri ac regi a Divina Providentia per Superiores suos sincere debent, perinde ac si cadaver essent, quod quoquo versus ferri et quacumque ratione tractari se sinit; vel similiter atque senis baculus qui ubicumque et quacumque in re velit eo uti, qui eum manu tenet, ei inservit. Sic enim obediens rem quamcumque, cui eum Superior ad auxilium totius corporis Religionis velit impendere, cum animi hilaritate debet exsequi; pro certo habens quod ea ratione potius quam re alia quavis quam praestare possit, propriam voluntatem ac judicium diversum sectando, Divinae voluntati respondebit."

Etiam in istis articulis dispositionibus disciplinariis admiscuntur doctrina et hortamenta ascetica, pertinentia ad perfectionem obedientiae. Qualitates obedientiae quae hic proponuntur Oblatis non stant in indivisibili. Admittunt varios gradus. Summus gradus non praescribitur tanquam materia hic et nunc realizanda. Proponitur Oblatis obedientia non qualiscumque, sed perfecta; et quidem proponitur tanquam finis - un ideal - in quem sincere et continuo tendere debent. Est gradus minimus harum qualitatum, sine quo obedientia vere jam stare nequit, et qui proinde est obligatorius pro omnibus. Si autem gradus superiores hic et nunc nondum realizantur, non eo ipso habetur transgressio Regularum. Aliud enim est "transgredi" Regulam, et aliud eam nondum perfecte adimplere.

a) Qualitates executionis externae. Art. 230.

"Obedientia prompta, humilis et universalis".

Textus hodiernus est ad litteram art. II ed. 2ae (1853) qui complectitur duos articulos (I et II) ed. Iae (1827) cujus elementa omnia et fere ad litteram inveniuntur jam in ms. I (1818). Cf. Missions, 1951, p. 50.

"Obedientia prompta", activa, diligens, empressée... "Ecce adsum". Ista promptitudo est quasi flos (la délicatesse) obedientiae, augens ejus valorem; dum lentitudo (lenteur, indolence) et "resistentia passiva" eum minuunt. S. Bernardus, sermo 41, no 7: "Fidelis obediens nescit moras; parat aures auditui, manus operi, itineri pedes."

Commendatur speciatim Novitiis (art. 718); sed nulli dedecet... Debemus omnes assuescere, ut magis ac magis primus motus voluntatis coram praecepto vel ordinatione Superioris fiat motus acceptationis...

Illud "quamprimum" in litteris obedientialibus? Cf. Circ. 164 (19-3-1939), p. 34.

"Obedientia humilis": acceptare ordinationes et animadversiones Superiorum absque arrogantiâ, contemptu, exigendo explicationes et rationes, murmurando et censurando omnia... Nequidem speciem praebere nos esse "humiliatos" obediendo (se donner l'air d'être humilié en obéissant). Sed acceptare et exsequi omni simplicitate. Recognoscere lucide et simpliciter "superioritatem" nostri Superioris et nostram "inferioritatem": qua "Superior" participat quodam gradu auctoritatem divinam, et qua talis est nobis revera superior, quidquid sit aliunde de ejus scientia et virtute...

Mgr de Mazenod, ep. 31-8-1854, ad P. Vincens, Provinciale: "Il faut avouer aussi que nous avons des hommes qui n'ont pas les premières notions des vertus, je dis plus des devoirs de la vie religieuse. Où a-t-on vu qu'il faille sans cesse pactiser avec les sujets pour ne pas contrarier leurs caprices ou leurs répugnances. Il serait temps que ce malheureux système cessât..."

Id. ep. 24-1-1852, ad P. Arnoux, relate ad quasdam difficultates quas quidam fecerunt Patri COOK, Vice-Provinctiali Britanniae-Majoris: "Maintenant je vous recommande de vous rapprocher du Vice-Provinctial de façon à l'aider dans sa pénible tâche. Il faut laisser à des sujets aussi imparfaits que le P. W. les répugnances qu'ils peuvent avoir pour ce bon Père. Je l'estime, moi personnellement, beaucoup, et ce sentiment est partagé par tous nos Pères. Je prie d'ailleurs tous les membres de notre Congrégation de se dispenser de vouloir prévenir les dispositions que je crois devant Dieu devoir prendre, pour me détourner d'exécuter mes desseins. Je n'ai point de prévention, moi, et je connais suffisamment la valeur de chaque sujet pour les placer selon le besoin. Notre Congrégation n'est pas une République, elle n'est même pas un gouvernement représentatif. Qu'on étudie un peu mieux le chapitre de l'obéissance et qu'on vive en paix sous la gouverne de ceux qui sont préposés au gouvernement des communautés et des provinces par l'autorité supérieure. Si le P. COOK, en sa qualité de Vice-Provinctial, ne fait pas tout le bien qu'il pourrait faire et que j'attends de son zèle et de son bon esprit, ce n'est pas lui que j'en rendrai responsable, mais bien ceux dont le devoir est de le seconder de toutes leurs forces."

"Obedientia universalis": motivum formale obedientiae est idem, sive agatur de majoribus, sive de minoribus. Vera et virtuosa obedientia non admittit partitionem praeceptorum innixam subtilibus distinctionibus inspiratis ab amore et iudicio propriis..

Nostra obedientia sese extendat quoque ad nutus, desideria, consilia, "directivas" Superioris; ad ea quae sunt "minime obligatoria"... Haec omnia non sunt quidem de essentia obedientiae, cuius objectum est praeceptum, et quidem in iis quae pertinent "ad observationem votorum et Constitutionum"; sunt tamen de perfectione obedientiae oblativae. Cf. supra p. 71.

Obedientiae perfectae est, ut tota vita nostra sit divinae voluntati consecrata obedientia supererogatoria: "divinam securius facit voluntatem obediens quam propriae indulgens optioni". Cf. 2.2. q.104, a.5, ad 3. - Quodl.I, art.15.

b) Obedientia interna, scilicet subjiciens voluntatem et iudicium. Art.231.

Textus est ad litteram art. III ed. lae (1827), leviter mutata constructione latina in ed. 2a (1853).

Sequitur textum gallicum in ms.IV (1825), art. 3: "Elle ne doit pas être seulement d'exécution, mais elle doit soumettre la volonté et même l'intellect, c'est-à-dire qu'on ne doit pas se contenter de faire l'action commandée, mais que l'on doit conformer sa volonté à celle de celui qui la prescrit, et qu'on doit penser comme lui sur ce qu'il commande, estimant qu'il fait bien de prescrire ce qu'il ordonne. Sans cela, l'obéissance est imparfaite."

Substantia jam invenitur in ms.I (1818): L'obéissance "ne doit pas être seulement d'exécution, mais elle doit soumettre la volonté et même l'intellect."

Commentarium.

1. Subjectio propriae voluntatis.

"Obedientia... et affectiva sit oportet": quod non importat, ut quis obediat cum affectu sensibili, dulci consolatione, absque ulla repugnantia... Est voluntas quae obedit, amans et acceptans divinam voluntatem tum in seipsa, tum in suis signis, qualia sunt, inter cetera, praecepta superiorum.

"imperantis voluntati propria conformanda": est de ipsa essentia obedientiae virtuosae. Subjectum proprium obedientiae est voluntas; sicut subjectum proprium virtutis iustitiae, cuius obedientia est pars potentialis, est voluntas. Est voluntas quae se inclinat praecepto auctoritatis legitimae. Quod Superior vult, subditus prae corde habere debet ut et ipse velit; ut velit facere, quod ille vult, et velit id facere bene; ut curam habeat voluntatem Superioris obtinere suum effectum.

Isti subiectioni repugnat praesertim resistentia passiva!

2. Subjectio proprii iudicii: "ab illo qui praecipit, recta praecipii arbitrandum."

Quomodo obedientia iudicii sit intelligenda, utrum legitime commendari possit tanquam perfectio nostrae obedientiae, quo sensu obedientia "caeca" proponi possit: vide in appendice hujus paragraphi.

c) Modus se gerendi (attitude) erga auctoritatem habentes. Art. 232.

Historia textus.

In ms. I (1818) et in tribus prioribus ed. latinis ista dispositio legitur consequenter ad ea quae dicuntur de iis quibus obediendum est. Et sic jam in Regula s. Alphonsi, 2. p, c. I, §3, art. 2: "Ils seront pleins de respect envers leurs supérieurs; ils ne s'excuseront pas, ni se défendront auprès d'eux, et ils recevront avec humilité leurs avis."

Commendatio quam addit P. de Mazenod est conformis Regulae s. Ignatii (supra p. 84).

Textus ms. I: v. Missions, 1951, p. 51. Transivit talis qualis in ed. latinis idemque permansit usque hodie (in ed. 2a addiderunt verba "sodales nostri").

Commentarium.

Observantia sive reverentia debetur eis qui sunt in dignitate constituti: est debitum quasi justitiae. Cf. 2.2. q. 102.

Se manifestabit in hoc quod subditi non disputent arroganter cum superioribus, eis non opponant interpretationes fallaces, excusationes, ut sic quodammodo defendant propriam voluntatem contra obedientiam debitam voluntati superioris. Aliud tamen est exponere, debita cum reverentia, sine passione, sincere, verum statum rerum: cf. infra, art. 237 et appendicem.

Haec omnia valde gravare possunt naturam nostram. Inde V. Fundator necessarium habet iterum in memoriam revocare motivum supremum et efficacem nostrae obedientiae: "prae oculis Deum habeant, cui unice sub eorum persona subjiciuntur."

P. de Mazenod, ep. 11-9-1825 ad P. Touche: "Je suis vraiment affligé, mon très cher P. Touche, que vous interprétiez si mal ce que je crois devoir dire en mon âme et conscience pour le plus grand bien de la société en général et des individus en particulier. Toutes les fois que j'ai été dans le cas de vous faire quelques observations, vous en avez été troublé. Cependant, je pourrais vous citer vingt lettres de vous où vous me suppliez de vous dire toujours franchement ma façon de penser sans craindre de vous déplaire. Vous me le demandiez comme une marque d'amitié, comme une preuve que j'appréciais votre personne etc... Comment dois-je donc faire? D'un côté le devoir, auquel je suis encouragé par vos propres paroles; de l'autre, la crainte de vous déplaire et de troubler votre âme. Sainte simplicité, soyez toujours notre partage!"

IV. Quis obedire debet apud nos. Art. 233-235.

Obedientia religiosa sese imponit omnibus Oblatis: art. 233 sq. Quidam speciatim monentur ad obedientiam exemplarem.

a) Aetate provectoriores et dignitate eminentiores. Art. 233.

Textus non invenitur in ms. I; sed legitur in ms. IV (textus gallicus definitivus, 1825), art. 7: "Les plus anciens et les plus élevés en dignité dans la Société, doivent donner l'exemple de toutes les vertus, mais surtout de l'obéissance, principal lien de notre union et principe essentiel de notre conservation."

Fit articulus VII in ed. Ia (1827) et ab ea transit ad omnes editiones subsequentes.

Commentarium.

Illi plus quam caeteri diligere debent Congregationes-Matrem... in memoriam sibi revocare exigentias boni communis, non quaerere propria commoda: si primos locos occupent, non est ut sibi provideant, sed ut aliis praesint in virtute et praesertim in charitate, in servitium omnium, ut aliis transmittant spiritum quo Congregatio vivit, adunatur et perseverat; ad hunc autem spiritum sine dubio pertinet filialis obedientia: est majoris momenti quam servare solum elementa potius materialia et caduca.

Valet quoque in Scholasteriis et Novitiatibus: responsabilitas eorum qui sunt majores natu ut bonus spiritus servetur et junioribus transmittatur...

b) Superiores relate ad directorem particularem. Art. 234.

Textus est primitivus et legitur jam in ms.I (1818): v. Missions, 1951, p. 51.

Dispositio renovatur infra, art. 598, pro superioribus localibus sub forma magis explicita et, apparenter saltem, severiore.

Commentarium.

Omnes superiores obedientiam debent Superioribus Majoribus, Regulis et Constitutionibus; in pluribus dependent a suo consilio et aliquantulum subsunt admonitori ex officio (art. 463 sq.; 535; 591).

Sed insuper commendatur eis hic subjectio erga directorem sive monitorem privatum. Et ipsi, sicut alii, indigent ista auctoritate directrice, etiamsi aliunde sunt acutioris ingenii ac ii quos sibi in directorem eligunt: "Nemo iudex in propria causa!" Optimum medium, ut servent memoriam infirmitatis humanae et necessitatis humilitatis ac subjectionis... S. Bonaventura: "Ideo et qui aliis praesunt, ut melius et cautius agant, necesse habent aliis subesse a quibus regantur, usque ad summum omnium Pontificem qui vice Christi caput est totius Ecclesiae militantis." (de sex alis Seraphim, c.II).

Scopus et spiritus hujus articuli generatim videtur sufficienter salvari, si Superiores fideliter ac sincere recurrunt ad sacramentum Poenitentiae.

Exemplum V. Fundatoris eligens P. Tempier ut suum directorem eique vovens obedientiam voto privato (1816), et non pro forma tantum!

Limites hujus subjectionis: excluduntur ea "quae ad Societatis regimen aut muneris sui exercitationem spectant." Non est admissibile, ut domus vel provincia aut Congregatio gubernentur ab auctoritate occulta et irresponsabili.

c) Vices gerens Superioris absentis. Art. 235.

Textus. Est explicitior in ms.I (1818), ibique clarius apparet sensus hujus officii supplendi Superiorem: "En l'absence du supérieur, celui qui tient sa place le représente toujours dans la maison. C'est lui qui donne les permissions ordinaires et qui répond aux cas imprévus et urgents; mais il a soin de faire, le soir même, le rapport exact de tout ce qui s'est passé au supérieur."



Textus actualis est art. IX editionis Iae (1827), immutata formula finali: formulae primitivae "superiori deferre studeat ipso diei vespere" substituerunt in ed. 5a (1928): "Quamprimum deferre studeat".

Commentarium.

Quinam sint illi vices gerentes Superioris absentis, dicitur in 3a parte v.g. art. 590, 599 (pro vices gerente Superioris localis).

Ei incumbit obligatio respondendi casibus consuetis et urgentibus... Aliunde remanere debet sub dependentia Superioris cuius vices gerit, res gerere secundum hujus intentiones et modum agendi eique rationem reddere (cf. art. 599).

N.B. "Sodalis, qui in aliena communitate obiter degit, Regulas servabit sicut in propria quoad exercitia communia et obedientiam erga Superiorem." Acta Cap. 1949, art. 48.

V. In quibus obediendum est apud nos. Art. 236-242.

Materia nostrae obedientiae religiosae in genere:

Vide supra, art. 223, 228, 229.

Hic de quibusdam materiis particularibus.

In ms. I (1818) multo plura hic proponuntur (v.g. circa correspondentiam etc) quae P. de Mazenod in Regula s. Alphonsi vel in Statutis Capitularibus Redemptoristarum 1802 hoc loco invenerat, et quae postea in suis propriis locis reponebat.

a) Munera, officia variaque ministeria. Art. 236-237.

Textus est primitivus. Jam legitur in ms. I (1818): v. Missions, 1951, p. 52-53, unde transfertur in Iam ed. latinam, art. X et XI et identicus manet usque hodie.

Fontes: est doctrina generalis Sanctorum et Fundatorum, speciatim s. Ignatii (cf. supra p. 83-84). Textus Patris de Mazenod estne proximius inspiratus a Regula Lazzaristarum? Possibile est. En "Regulae Congregationis Missionis", ed. 1658, c.V, a.4: "Et ut Congregatio facilius et citius in hac virtute (obedientiae) progressum faciat, pro viribus nitetur, ut pia illa consuetudo nihil petendi, nihilque recusandi, apud nos semper vigeat; attamen, cum quis noverit aliquid sibi esse vel nocivum vel necessarium, id coram Domino examinabit, utrum id ipsum Superiori aperire debeat vel non, et se indifferentem habeat quoad responsum futurum; et hoc pacto dispositus, rem Superiori declarabit; tenebitque pro certo voluntatem Dei sibi significari per voluntatem Superioris; qua cognita, statim acquiescat."

Commentarium.

I. Magnum principium in hac materia. Art. 236.

"Nullum postuletur munus", neque directe, neque indirecte: callidis artificiis uti (manoeuvrer habilement ou faire manoeuvrer d'autres) ad munus vel ministerium sibi conveniens obtinendum. "Qui petit, indignus est."

Quod tamen non impedit nos Superioribus exponere omni simplicitate et sinceritate nostrum sensum circa nostras aptitudines, inclinationem; praesertim si ipsi hoc a nobis petunt: est pro Superioribus via quaedam sibi

formandi iudicium...

Essentiale est, ne indebite, indirecte gravemus eorum voluntatem (peser indument sur eux), extorquendo eorum decisionem...

Neque prohibemur nos ultra offerre ad ministerium vel opus minus gratum, Superiore exspectante operarios "voluntarios"...

"nullumque recusetur": non sinamus fieri in nobis quasi habitus faciendi objectiones ad omnia munera vel ministeria quae superiores nobis imponunt vel offerunt, eis significando nos aegre illa ferre, eis opponendo "resistentiam passivam"... Non loquamur omni occasione de munere abdicando (parler de démission à la moindre occasion)... nequidem constantior ruminare desiderium finiendi quam citius...

"sed mere passive se habeat quisque..." Ista passivitas vel indifferentia quae nobis proponitur evidenter non est pura passivitas, nec indifferentia naturalistica (defectus omnis curae profectus suiipsius et regni Dei: "Interesselosigkeit", egoismus piger vel offensus, deficientia intellectualis vel moralis impediens ne quis ad majora prospiciat...); sed est passivitas sive indifferentia perfectionis, virtuosa, dominationis suiipsius: dispositio animae quae didicit sese abnegare et esse paratum ad omnia quae divina Providentia ordinare potest...

Exemplum P. GUIBERT, sup. N.D. du Laus recipiens obedientiam ad superioratum Ajaccio, Sem. Majus: ejus epistola 28-10-1834 ad Mgr de Mazenod. (Vide Missions, mars 1935, p. 159).

Litterae V. Fundatoris: 30-5-1832 ad P. Mille, sup. Billens; 13-6-1849 ad P. Bellon, Mag. Nov. in Britannia Maj.; 29-11-1849 ad P. Vincent; 12-4-1850 ad P. Vincent; 22-8-1854 ad P. Fayette; 21-6-1848 ad P. Viala;...

## 2. Principium sapienter temperatum. Art. 237.

Indifferentia virtuosa regulatur per prudentiam, utique non carnalem sed evangelicam. Superiores nobis erunt forsitan valde grati si eis suppeditamur elementa iudicii prudentis... P. de Mazenod, ep. 26-9-1829 ad P. Jean-card: "Rien de plus juste, mon cher ami, que de faire des observations, surtout lorsqu'elles s'adressent à un Supérieur dont on connaît les sentiments et la manière de faire. Tu sais que je ne suis pas de ceux qui, étrangers à toutes les petites convenances, je dirais même aux faiblesses de leurs sujets, ne voient que la perfection de l'obéissance dans ce qu'ils ont à exiger d'eux, et ne se mettent jamais en peine d'autre chose que de ce qu'il faut qu'on fasse. J'ai toujours tâché de combiner tous les intérêts qui peuvent se combiner avec le bon ordre de la Société et le bien des âmes. Ainsi, sans approuver tes répugnances, j'ai toujours eu soin de les mettre dans la balance et si elles ne l'ont pas toujours emporté, elles ont pourtant toujours été pesées. C'est, on ne peut en disconvenir, un grand malheur, qu'elles n'aient pas été mieux combattues par toi; d'autant plus qu'elles s'étendent à plusieurs individus sur le compte desquels tes prétentions sont également injustes. Mais c'est là ton défaut, et précisément le mal dont tu n'es pas guéri, et dont je me plains à toi même, parce que je suis convaincu qu'elles sont plus volontaires que tu penses, et qu'elles prennent leur source dans des sentiments qui ne sont pas, à coup sûr des vertus!..."

"quod summa fiat modestia et animi demissione." V. Fundator non admisit plurium simul chirographo signatam monitionem vel petitionem. Et Cap. Gen. 1867, Sessio 15, declarat hunc modum agendi illicitum. Cf. Acta Cap. 1949, art. 124.

b) Ministerium confessionum. Art. 238.

Dispositio est primitiva quoad substantiam. Textum ms.I (1818) v. Missions, 1951, p. 52.

Est applicatio juris comunis. Cf. can. 874;877.

Provincialis dare potest suum placitum implicite, dando scilicet obedientiam quae implicat ministerium confessionis.

c) Functiones sacrae in nostris ecclesiis vel oratoriis. Art. 239-240.

Utraque dispositio invenitur jam in ms.I (1818) Cf. Missions, 1951, p. 53.

Ordo missarum: art. 239. Habet suum momentum in magnis communitatibus, in ecclesiis vel oratoriis publicis, occasione magni concursus sacerdotum: interest omnibus, ut unusquisque sequatur ordinem... Ne pas vouloir tenir à son autel et à son heure!...

Ministerium ecclesiae prompte praestandum. Art. 240.

Est forma zeli sacerdotalis. Negligentia, irregularitas facile scandalizant fideles eosque repellunt...

d) Publicatio scriptorum. Art. 241-242.

1. Publicatio librorum. Art. 241.

Textus, quoad substantiam, est primitivus; quoad determinationes concretas, frequentes mutationes subiit, praesertim in ed. 4a et 5a, secundum exigentias juris canonici.

Ms.I (1818): "Si quelqu'un des nôtres était dans le cas de faire imprimer quelque ouvrage, il ne le pourra qu'avec la permission expresse du supérieur général et après que sa production aura été examinée par trois théologiens de la Société."

Differt aliquantulum a textu, quem V. Fundator potuerat legere in Statutis Capitularum Redemptoristarum 1802, cap.IV, no 3. V. Cosentino, o.c. I, p. 93.

Dispositio Regulae primitivae transiebat in tres priores editiones latinas, art. XVII (in ed. 2a et 3a: "sine licentia Provincialis aut Missionum Vicarii").

Ed. 4a (1910) disjunctit dispositionem in duos articulos: 254. "Nullus typis mandare valeat, nisi prius licentiam a Superioribus et ab Ordinario habuerit. 255. Superiores Instituti numquam licentiam concedent aliquod opus typis mandandi, quin opus ipsum duorum saltem theologorum examini subiectum fuerit."

Ed. 5a (1928) iterum conjungit in unum art. 241 duos articulos editionis 4ae, praecisiones affert: licentia obtinenda a "Superiore Majore" (ergo, sive a Superiore generali sive Provinciali) et ab "Ordinario loci" (secundum can. 1385), et addit "ad normam sacrorum Canonum" (i.e. praesertim C.J.C. can. 1385-1394).

Commentarium.

Quae omnia observanda ad litteram. Inobservantia secum trahere potest consecraria funesta tum pro auctore, tum pro Congregatione...

Necessaria humilitas profunda ad se subtrahendum superbiae intellectuali.

Circa particularia: v. canonistas.

2. Publicatio scriptorum in diariis foliis et libellis periodicis. Art. 242.  
Collaboration à des journaux et à des revues.

Textus. In ms. I (1818) et in tribus prioribus editionibus non fit specialis mentio publicationis in diariis et libellis periodicis, sed modo generali dicitur, art. XVIII: "Generatim nil omnino liceat typis mandare, nisi Superiore generali permittente" (in ed. 2a et 3a: "nisi Superiore generali, vel Provinciali, aut Missionum Vicario permittente").

In ed. 4a (1910), duo articuli quorum prior agit de collaboratione habituali, posterior de collaboratione occasionalis:

"255. Nullus ex nostris officium suscipiat quod "Correspondentis" vel "Collaboratoris" nomine vulgo venit, nisi prius obtenta a provinciali aut missionum Vicario licentia de scripto.

257. Si autem aliquem articulum, occasione data in diariis vel foliis periodicis inserere quis vellet, id non nisi ipso articulo examini Superioris prius subjecto et obtenta ejusdem licentia faciat."

Ed. 5a (1928) conjungit duos articulos in unum, simplificat textum et quasdam praecisiones affert.

Commentarium.

Ex contextu et ex comparatione cum ed. 4a apparet, primam partem agere de collaboratione sat habituali, alteram de occasionalis.

"etiam tacito proprio nomine": praescriptio urget tunc quoque, et quidem in conscientia! Est lex generalis Ecclesiae: can. 1386.

Regula non facit mentionem licentiae Ordinarii loci, quam tamen exigit can. 1386. Eam procurare possunt diariorum vel periodicorum moderatores eamque concedere possunt Ordinarii semel pro semper.

In isto genere publicationum praesertim, cura habenda ut salventur semper prudencia, charitas et justitia: ne pas profiter des journaux et des revues pour décharger son coeur au détriment de ses confrères et de ses Supérieurs!

Appendix I: obedientia iudicii.

Art. 231: "ab illo qui praecipit, recta praecipi arbitrandum".

A) Notae praeviae.

1) Omnis obedientia, ut sit vera et actus virtutis obedientiae, importat subjectionem quodammodo totius spiritus, tum voluntatis tum aliquantulum etiam intellectus. Revera, qui vere et virtuose obedit, acceptat se dirigi in sua activitate per rationem alterius (imperium est ordinatio rationis practicae), scilicet superioris legitimi.

Virtus obedientiae subjectatur quidem in voluntate et consistit formaliter in subiectione voluntatis ad praecceptum superioris; connotat autem praeivium iudicium rationis practicae: iudico me debere obedire praeccepto legitimo superioris, et obediendo illi me certo agere moraliter recte, quidquid sit aliunde de rectitudine objectiva praeccepti.

Sic jam habetur aliquantulum "obedientia iudicii". Cf. Circul. 137 (19-3-1927), p. 10ss. (T.4, pp.70ss).

Hujusmodi "obedientia iudicii" est de ipsa essentia obedientiae verae, humanae et virtuosae, sine qua habetur ad summum externa et mere materialis executio operis. Ideoque necessario et semper habetur in omni vera obedientia, utique plus minusve clara, explicita et plena, sicut ipsa subiectio voluntatis esse potest plus minusve plena.

Unica exceptio: si superior praecipit id "quod manifeste peccatum esset", scilicet aliquid quod manifeste esset contrarium legibus Dei vel Ecclesiae vel Constitutionibus nostris. Subiectio iudicii erit impossibilis, sicut et subiectio ipsius voluntatis. Nulla obedientia possibilis... ad summum, positus ponendis, executio mere materialis et passiva... Superior jam relinquit ambitum suae auctoritatis, et jam nullum jus habet ad nostram obedientiam.

Cf. s. Bernardus, Epistola VII, n.2-3 (nota: epistola scribitur cuidam monacho, Adam, qui, sequens consilium et pressionem alicujus abbatis, reliquerat indebite monasterium ut sequeretur eum; S. Bernardus impellit monachum, qui sub praetextu obedientiae debitae illi abbati recusat redire ad suum monasterium): "Quoi! un homme me commande ce que Dieu me défend; et c'est à l'homme que j'obéirai, et je serai sourd à la voix de Dieu? Ce n'est pas ainsi qu'agissaient les Apôtres. Ils nous crient: Melius est obedire Deo quam hominibus..." No 14: "Obedientiae virtus quae semper militat veritati, adversus veritatem accingitur: l'obéissance, qui est toujours au service de la vérité, est armée contre la vérité! (P.L. 182, col. 101 sq).

2) Ultra hanc essentialem et necessariam subiectionem iudicii, proponitur alia quae longius procedit scilicet approbatio ordinationis superioris imperantis: persuadeo mihi et iudico superiorem "recta praecipere" (je crois qu'il commande ce qui est bien). Ista submissio iudicii proponitur non tamquam essentia obedientiae, et hic et nunc jam realizanda, sed tamquam perfectio superaddita, quae reddit nostram obedientiam plenioram, efficacioram et stabiliorem, ad quam progressive tendere invitamur. Cf. Circul. 137, pp.14s (T.4, p. 74s).

3) Statim in oculos saltant difficultates huiusmodi obedientiae iudicii!

Intellectus non est facultas libera: determinatur et regulatur a rebus quales sunt. Unde quandoque impossibilitas psychologica flectendi iudicium rationis in sensu iudicii alterius, etiamsi iste sit auctoritate gubernandi insignitus. Nullus efficere potest, ut videam "album" quod est "nigrum".

Huiusmodi submissio iudicii videtur supponere in superiore infallibilitatem quam certo non habet...

Nonne erit immorale quodammodo exigere in agendis subjectionem rationis ad iudicium alterius hominis (nisi iste sit divinitus vestitus auctoritate docendi et charismate infallibilitatis)?

In periculum ponerentur prudentia personalis, imo bonum sociale: coarctaretur spiritus "initiativae", cooperatio lucida omnium ad procurandum bonum commune... omnia definirentur per iudicium unius!!!... Non praetermittendum quod prudentia requiritur non solum in superioribus, sed et in subditis. Pro homine fundamentalius est esse "animal rationale" quam esse "animal sociale". Cf. 2.2. q.47, a.12; q.49, a.3 ad 3.

Ex altera parte, nihil exaggerandum! Sunt quidem casus extraordinarii: in his ipsa obedientia jam est difficillima, imo herofica; a fortiori subiectio iudicii est tunc difficilis, sinon impossibilis. Sed non ita in communiter contingentibus.

B) Necessitas disponendi mentes ad istam obedientiam iudicii, exponendo de qua re praecise agatur, ostendendo naturam, conditiones et limites ejus. Plura animadvertenda!

1) Subiectio iudicii examinari debet secundum suam propriam materiam. Jamvero haec est res moralis, scilicet activitas humana ordinanda, et quidem ordinanda ratione humana, ideoque humano modo.

Unde jam praevideri potest non posse esse questionem de subiectione iudicii absoluta, universali, uniformi, mere passiva, irrevocabili.

2) Nulla subiectio iudicii possibilis, si superior praecipit quod est manifeste peccatum, Cf. supra, p. 93.

3) Item approbati nequit ordinatio superioris quae, seposito omni praedictio et illusionem, apparet certo et manifeste erronea consideratis omnibus adjunctis, quatenus ordinatio superioris fundaretur v.g. in facto manifeste erroneo, vel quatenus superior gravem decisionem caperet praecipitanter absque seria reflexione et consultatione, in momento vivacitatis, irritationis, passionis...

Approbatio intellectualis contra evidentiam non est possibilis. "Obedientiae virtus quae semper militat veritati!" (S. Bernardus, supra p.93).

Sed cave illusiones in hac materia! "Nemo iudex in propria causa!" "Possibile est superiorem esse nobis inferiorem scientia speculativa... eum, quoad modum prociendi et praecipendi, se revera inconvenienter (maladroitement) gerere... ejus praecceptum esse intempestivum et dolendum attentis finibus proximis et inferioribus vel ex parte quorundam effectuum...

Non sequitur exinde ejus ordinationem esse inconvenientem respectu finium superiorum, majoris momenti, de quibus nos forsitan non satis cogitamus. Non sequitur eam esse simpliciter et absolute imprudentem, irrationabilem.

"Gratiae status" non sunt pia et vana formula, sed realitas ad quam attendere debemus. Praeterea, "On doit se dire que les choses ne sont pas si faciles qu'on le croit, et que tous ne sont pas capables de se rendre compte de tout. On a beau d'être intelligent et avoir étudié beaucoup: il faut, outre la science, l'expérience que rien ne remplace... Il faut le bon sens que la science ne donne pas." (Pie XI, cité par Frey, Conseils sur la formation eccl., 2e éd., Rome, 1937, p. 41).

Card. Gasquet, Le goût de l'obéissance, p. 73: "En revenant sur les années écoulées, mes observations personnelles me permettent d'attester que certaines déterminations prises par l'obéissance, contrairement à d'autres qui, à mon jugement d'alors, me semblaient préférables, se sont souvent révélées, en fait, être les plus justes et les meilleures. Et même celles que je regardais comme des erreurs m'ont donné, sous l'obéissance, des résultats que, dans la suite, je dus reconnaître comme vraiment providentiels..."

Là où il y a réel danger de se tromper, c'est lorsque, dans des moments de faiblesse ou de lâcheté, nous cherchons à nous soustraire directement ou indirectement au joug de l'autorité. Les auteurs spirituels sont unanimes à condamner comme périlleux à l'extrême, au point de vue spirituel, une attitude d'opposition même simplement passive à l'autorité constituée."

4) Obedientia iudicii minime implicat in subditis abdicationem iudicii personalis. E contra! est maximi momenti pro societate et pro superioribus, ut subditi lucide se gerant in omnibus, ut recogitent de meliore modo serviendi societatem, concurrenti ad ejus fines adimplendos.

Interest superioribus, ut informent proprium iudicium consulendo subditos, utique secundum momentum et gravitatem rerum, secundum cujusque subditi competentiam et munus. Auctoritas est quidem a Deo; sed ejus subjectum est homo intelligentiae limitatae, qui indiget proinde recurrere ad lumen aliorum.

Esset vere calamitas pro societatibus, si subditi non haberent iudicium personale, aut illud non auderent manifestare sicut oportet...

Est autem modus in rebus! Subditorum est informare superiores, non autem decidere res, loquendo arroganter, imperative, ac si essent legislatores. In communitatibus nostris non sumus quasi deputati in parlamento democratico. V. Fundator, Diarium, 14-12-1841: "Lettre au P. Lagier. Je lui reproche l'espèce de passion qu'il a mise dans l'affaire du fr. Rey. Je relève surtout l'expression intolérable dont il s'était servi dans la supposition que je n'en passasse pas par ce qu'il voulait. Je lui dis: M'instruire de ce que vous saviez, me faire connaître votre façon de penser, c'était bien, c'était même votre devoir. Mais, mon cher Père, il fallait me laisser le jugement d'une cause qu'il ne vous appartenait que d'instruire..."

Item, societatis et superiorum maxime interest, ut subditi adimpleant sua munera intelligenter, curantes ut semper melius faciant, ulterius progrediantur (prennent des initiatives), utique semper sub invigilantia et dependentia superiorum. Cf. art. 587.

Superior qui adjuvatur solum manibus et non capitibus, valde miserandus! Pater TESSON, S.J., loquens de Societate Jesu: "Ce qui caractérise l'obéissance dans la Compagnie, c'est qu'elle est et doit être composée de l'accord de deux éléments, de deux attitudes qui semblent, à première vue, inconciliables: l'initiative et la subordination... un ordre apostolique ne peut vivre et poursuivre son idéal que si, à tous les échelons, l'esprit d'initia-

tive est fortement développé, Le supérieur ne peut, à la place de l'inférieur, faire la classe, prêcher ou confesser. S. Ignace le rappelait quand c'était nécessaire..." (dans "L'Obéissance et la religieuse d'aujourd'hui". Ed. du Cerf, 1951, p. 56).

5) Regula quaerit a nobis "ab illo qui praecipit, recta praecipi arbitrandum": "Recta", i.e. admittere illud esse bonum, bien, convenable, prudent... Minime autem tenemur credere illud esse optimum, meliorem solutionem possibilem, tout ce qu'il y a de plus intelligent... Nequidem ipse Deus creavit mundum optimum possibilem...

Quod superior ordinat forsitan non est melius possibile; sed certissimo pro me obedire est melius possibile!

6) Postulando a nobis obedientiam iudicii Regula non exigit nos iudicare ordinationem superioris esse bonam sub omnibus respectibus, eam solan esse possibilem et rationabilem, eam solan esse retinendam...

Dispositiones superiorum cadunt in materias contingentes, quae plerumque admittunt varias solutiones, quarum unaquaeque est plus minusve valabilis, comportans rationes "pro" et "contra". Cf. S. Bernardus, epistola VII, no 4. Si habemus opinionem differentem ab ordinatione superioris, illa habere potest suas rationes easque omnino objectivas, quae non amittunt suum valorem ex hoc quod superior, innixus aliis rationibus, aliter disponit. Et Regula minime exigit, ut subditus jam consideret suam opinionem ut irrationabilem et sine valore; dummodo sit sat humilis, ut habeat etiam ordinationem superioris rationabilem, valabilem.

7) Talis approbatio ordinationis superioris non implicat ex parte nostra assensum intellectualem absolutum et irrevocabilem, sicut respectu principii metaphysici vel veritatis fidei theologicae, quasi superior absolute non posset decipi, quasi esset infallibilis atque ejus dispositiones irreformatibiles...

In ordine activitatum humanarum, ut quis agat prudenter, rationabiliter, sapienter, sufficit certitudo prudentialis, innixa scilicet rationibus seriis, proportionate gravibus, quae movere possunt in iisdem adjunctis virum prudentem, agentem normaliter, quamvis subsistat absoluta possibilitas erroris et consequenter "revisionis" iudicii. Leges humanae, etiam maxime "intangibiles" subjectae sunt mutationibus, quin dici possit, primos legislatores fuisse imprudentes.

8) Unde non datur in materia obedientiae subjectio iudicii absoluta et universalis, irrevocabilis, uniformis et quasi mechanica. Cf. S. Ignatius, ep. de obedientia: "C'est le suprême et 3e degré de l'obéissance d'avoir avec le supérieur, non seulement une même volonté, mais une même pensée en soumettant son jugement propre au sien, autant qu'une volonté déjà soumise peut incliner à elle l'entendement."

### C) Obedientia iudicii rite intellecta apparet omnino commendabilis.

#### 1. Ducente V. Fundatore nostro.

In ipsa regula (art. 231), consideratio contextu et forma primitiva, qualis exstat in ms. IV (textus gallicus definitivus, 1825), art. 3: "Elle ne doit pas être seulement d'exécution, mais elle doit soumettre la volonté et même l'intellect, c'est-à-dire qu'on ne doit pas se contenter de



faire l'action commandée, mais que l'on doit conformer sa volonté à celle de celui qui la prescrit, et qu'on doit penser comme lui sur ce qu'il commande, estimant qu'il fait bien de prescrire ce qu'il ordonne. Sans cela l'obéissance est imparfaite."

Circ. 2-2-1857, incl. in Circ. 14 (20-5-1864): T.I, pp.116 sq; per plures litterae.

## 2) Ducente Summo Pontifice.

Pius XI in suis consiliis et directivis datis seminario gallico Urbis: "... il faut que l'obéissance soit totale, complète, que ce soit une obéissance d'esprit, de coeur, de volonté - de pensée, de sentiment, d'action. St Ignace fait cette réflexion qu'un religieux dont l'obéissance n'est qu'une obéissance de volonté, non de jugement, n'est religieux que d'un pied: uno tantum pede in religione versatur. Et un religieux pareil fait pitié. Il faut en dire autant d'un séminariste. Et comment ceux qui ne plient pas la tête peuvent-ils être heureux, puisqu'ils sont partagés en deux?" (cit. Frey, Conseils sur la form. ecclés., 2e éd., Rome, 1937, pp.37ss).

## 3) Ducentibus Sanctis et auctoribus spiritualibus.

S. Ignatius, Constitutiones S.J., 3p., c.I, no 23; 6p., c.I, no 1 (v. supra p. 83-84). Praesertim in famosa littera de obediaentia "Magnam animi voluptatem", Romae, 1553, ad Jesuitas Lusitaniae. Vide textum insertum in variis editionibus Constitutionum S.J., in "Regulae Societatis Jesu"; Paul Dudon, s.j., Ignace de Loyola, Lettres spirituelles, choisies et traduites. Paris, Spes, 1933, pp.216 ss. Vie spirituelle, octobre 1928, pp.98ss; Otto Karrer, Der hl. Ignatius von Loyola Geistliche Briefe und Unterweisungen. Freiburg, Herder, 1922.

S. Franciscus Sal., Entretiens, ed. de la Visitation d'Annecy, 1933, Onzième entretien, pp. 186 sq.; 12e entretien, pp. 229,234 sq.

S. Alphonsus, La vera Sposa di Gesù Christo, chap.VII, §V. Id. Praxis confessarii, chap.IX, §V, no 167.

Mgr Gay, De la vie et des vertus chrétiennes, T.2, chap.11, 3e partie. P. Cormier, o.p., Retraite fondamentale, pp. 219.

Rauss, C.ss.R., De sacrae obediaentiae virtute et voto. Lyon, Em.Vitte, 1923, pp.49sq., pp.60sq.

Dosda, L'union à Dieu; Choupin, Nature et obligations de l'état religieux...

## 4) Ducente reflexione personali.

Obediaentia iudicii, debitis limitibus circumscripta, est:

a) ex una parte psychologica possibilis et rationabilis, nullam affert violentiam rationi nostrae.

Revera materia circa quam versantur ordinationes superiorum sunt agenda humana, quae generatim non sunt nec evidientia, nec certa, admittunt rationes in varias partes.

Sequitur rationem non constringi objecto suo; voluntatem intervenire posse agendo in intellectum, ut vel suspendat assensum, vel eum inclinet in unam partem potius quam in aliam.

S. Ignatius, Ep. de obedientia, no 9: "Bien que l'intelligence ne soit point libre comme la volonté, et qu'elle donne, par un mouvement naturel, son assentiment à ce qui lui paraît véritable; néanmoins en beaucoup de cas où l'esprit ne se trouve pas contraint par l'évidence de la vérité, la volonté peut l'entraîner à un parti ou à un autre; et c'est alors que tout obéissant véritable doit s'incliner au sentiment de son supérieur."

Ut voluntas, aliunde bene disposita erga auctoritatem, possit legitime inflectere intellectum ad approbandam ordinationem superioris, sufficit ut quis perspiciat rationes valabiles, quamvis non absolute convincentes, sententiae superioris, vel recurrat ad rationes extrinsecas et altiores: superior rem considerare debet sub aliis respectibus, ordinis superioris; rationes habet mihi ignotas; habet suas "gratias status"...

Vir sani iudicii et humilis centies ita se gerit in agendis humanis erga particulares circa se: eorum modum iudicandi et agendi res, nisi sit aperte malus et reprobandus, habet bonum, rectum, rationabilem, quamvis non ignoret rem etiam aliter posse dijudicari et disponi. Cur non ita se gerere possit erga superiores approbando et faciendo suam eorum ordinationem?

b) Ex altera parte obedientia iudicii rite intellecta est convenientissima, imo moraliter necessaria.

Qui arbitratur a suo superiore "recta praecipere", facilius obedit; et sine hoc obedientia essentialis et indispensabilis (scilicet effectiva et affectiva) vix longe, constanter et integraliter persistere poterit: apparebit nimis difficilis, contra naturam... cf. S. Ignatius, Littera de obedientia, no 12.

Sequendo et approbando iudicium superioris, obedientia vere erit totalis, suam plenitudinem obtinet: omnia nostri, non excluso intellectu, servitio divino subjiciuntur. "Le vrai obéissant n'est pas l'instrument inerte, mais bien celui qui met toute son intelligence à obéir. Généralement, quand nous sommes intelligents, nous avons envie d'en faire à notre tête, comme on dit, puisque nous sentons que nous en avons une, et pas trop mauvaise. La Très Sainte Vierge, elle, était parfaitement intelligente, et son intelligence même était toute livrée à l'obéissance: "Fiat mihi secundum verbum tuum". Cette parole est merveilleusement intelligente." (Dehau, op., Le contemplatif et la croix, t. 2, p. 70).

Favet eminenter bono communi: eliminat efficaciter maniam omnia censurandi et reprehendendi (esprit de critique), procurat unitatem sentiendi et agendi. "Et ego dico nullam dari rem magis perniciosam communitatibus, quam si habeant religiosi sensum ac iudicium contrarium iudicio superiorum." (S. Alphonsus, Vera Sposa, c.VII, §5, sub fine).

D) Ex dictis apparet, in quibusdam adjunctis, raris utique, obedientiam iudicii non esse possibilem. Et hoc non infirmat principium articuli 231. Regula legifert de communitate contingentibus, et in suppositione exercitii normalis auctoritatis. Imo et tunc adhuc retineri potest obedientia iudicii quoad dispositionem animi. Et haec certo non erit minoris meriti: erit obedientia "in asperis" (2.2.q.104, a.2 ad 3). On "passe alors de l'obéissance-service à l'obéissance-sacrifice", et "le plan de la Rédemption continue à se réaliser beaucoup plus efficacement par le sacrifice que par le génie; et encore mieux par le sacrifice du génie" (Ami du Clergé, 1950, p. 52, 518; - Nouvelle Revue Théologique, janv. 1948, pp.37sq.).

APPENDIX II. Animadversiones circa obedientiam "caecam".

A. Terminologiae origo et usus.

Estne a s. Ignatio?

Certe expressio "obedientia caeca" est in linea terminologiae Sancti: "perinde ac cadaver" - "similiter atque senis baculus" (cf. supra p. 84).

N.B. Formula "perinde ac cadaver" secundum P. Tesson, sj., videtur esse s. Francisci Assisiensis et formula aequivalens invenitur in antiquissima traditione monastica. "L'obéissance et la religieuse d'aujourd'hui", Ed. du Cerf, 1951, p. 56. - "Christus", 1955, no 7, p. 357.

Insuper a tempore praesertim s. Ignatii magis ac magis divulgatur in scriptis Sanctorum et auctorum spiritualium. Invenitur in particulari apud s. Franciscum Salesium; v.g. Entretiens, ed. de la Visitation d'Annecy, 1933, 12e entretien, pp. 200 sq, 202 sq, 208sq.

B. Sensus inadmissibilis.

Verba "obedientia caeca" - "obedire perinde ac cadaver" - ferri et regi a superioribus sicut "senis baculus" et his similia certissime non sunt sumenda ad litteram...

Sunt comparationes. - Et "omnis comparatio claudicat"! Nullus superior incipiendo a s. Ignatio, vellet sibi dari in subditos individua tam submissa, ut jam sint veluti cadavera aut baculi (des bûches), absque motu proprio...

Actus obedientiae est actus virtutis, ideoque actus humanus, procedens a voluntate deliberata. "Quicumque subditi ita ab aliis aguntur per praeceptum, quod tamen agunt seipsos per liberum arbitrium". (2.2.q.50, a.2).

Propterea ratio illustrare debet voluntatem ei proponendo motiva obediendi, investigando sollicitè media quibus meliore quo potest modo exsequi praeceptum superioris. Obedientia virtuosa est proinde "illuminata" (éclairée), imo valde oculata: il s'agit d'avoir les yeux ouverts!

Vera et virtuosa obedientia est intelligens, est servitium veritatis, utique veritatis superioris, transcendentis limites restrictos praecoccupationum vicinarum, individualium... "Obedientiae virtus semper militat veritati"! (S. Bernardus: supra p. 93).

C. Sensus admissibilis et commendabilis.

Obediens sit quodammodo "caecus" in hoc quod non attendat ad personam praecipientis, ad ejus qualitates vel defectus, sed potius ad auctoritatem divinam quam suo modo participat. Ita s. Franciscus Sal., o.c. XII Entretien, pp.202 sq.

Subditus abstineat ruminare indefinite rationes quas putat habere contra praeceptum superioris, claudat oculos et aures censuris vanis et obtrectationibus ab intra vel ab extra... Et potius consideret, et cum sympathia, rationes quae militant in favorem ordinationis superioris.

Subditus sit dispositus ad obedientiam, etiamsi non videat nec intelligat rationes praecepti dati. Pius XI: "On ne se soumet lorsque l'on se rend compte des raisons pour lesquelles une prescription est portée. On prétend qu'alors seulement l'obéissance est raisonnable, parce que si Dieu nous a

donné une tête, c'est pour que nous nous en servions. Mais c'est là fausser totalement la notion de l'obéissance.

Oui, Dieu nous a donné une tête pour que nous nous en servions. Mais il est éminemment raisonnable d'obéir à un supérieur, même quand on ne voit pas les raisons du commandement. A priori on doit supposer qu'il a des raisons. Il n'y a véritablement obéissance que lorsqu'on se soumet au supérieur, parce qu'il est supérieur, tenant la place de Dieu. C'est en faisant le sacrifice de son esprit propre, de sa volonté propre qu'on honore Dieu et qu'on fait un acte de vertu. Ce n'est pas faire un acte bien méritoire que d'obéir parce qu'on trouve l'ordre raisonnable. Les païens peuvent en faire autant. Il n'est pas défendu de comprendre; mais l'obéissance ne doit pas se régler sur notre compréhension". (Cf. Frey, Conseils sur la formation eccl. 2e éd. Rome, 1937, pp 33).

Obedientia quandoque apparere potest sicut fides theologica: haec est simul luminosa (ratione sui motivi sive objecti formalis "quo": auctoritas Dei revelantis) et obscura (ratione objecti materialis: mysteria divina).

D. Harmonia inter jura intellectus, qui tota sua natura ordinatur ad veritatis lumen, et obedientiam caecam, quae subdit ipsum iudicium proprium, ad ultimum possibilis est mediante sapientia superiore Fidei et Caritatis, comitantibus "Donis", Per hanc sapientiam anima acquirit sensum acutiorem Dei, Veritatis Primae et Auctoritatis Supremae, incarnati in humanitate defecibili et specialiter praesentis in Ecclesia. Cf. L'Année théologique, 1946, fasc.2, p. 216; Nouvelle Revue théologique, janvier 1948, pp.37ss.

Paragraphus IV

De PERSEVERANTIAE voto

Notae praeviae.

1. Titulus jam legebatur in ms.I (1818): "Du voeu de persévérance", et idem permanet per omnes editiones.

Nota differentiam cum titulis trium votorum praecedentium: non fit mentio virtutis correspondentis. Revera, praesens paragraphus non legifert nisi de voto perseverantiae, de ejus emissionem, obligationem et observationem apud nos. Exercitium virtutis perseverantiae consideratur et regulatur hic formaliter et directe in sua applicatione ad unum objectum determinatum, scilicet permanentiam in Congregatione; et ista perseverantia apud nos voto firmatur.

Generalior autem exercitatio virtutis perseverantiae attenditur indirecte per totam Regulam: fidelis observatio omnium regularum, et praesertim eorum quae respiciunt vota, atque tendentia in finem supremum totius vitae religiosae ac apostolicae nostrae implicant conatum serium et progressivum in virtute perseverantiae. Ipsa est pars integralis perfectionis christiana.

De virtute perseverantiae generatim dicetur in appendice.

2. Quartum votum.

Olim instituta religiosa frequentius addebant tribus votis substantialibus status religiosi quartum votum accessorium, imo plura accessoria.

Ita praesertim votum stabilitatis in monasterio professionis (Benedictini alique ordines antiqui);

Minimi: votum strictae abstinentionae; Societas Jesu: specialis obedientia Summo Pontifici circa omnes missiones ab eo committendas; Camilliani: votum curae infirmorum etiam tempore pestis; Passionistae: votum fovendi memoriam passionis D.N.J.C.; Piaristae (S.Jos.Calasanct.): votum juratum perseverantiae; Lazaristae: perseverantia in operibus Congregationis; Redemptoristae: votum perseverantiae in Congregatione; Presbyteri Societatis Mariae (Claude Colin): elapsis 10 annis a prima professione et 35 saltem aetatis anno expleto, secundus novitiatus quo expleto renovatio votorum cum addito quarto voto stabilitatis in Societate usque ad mortem; "Société de Marie" (Jos. Chaminade): in professione perpetua additur quartum votum stabilitatis sec. Constitutiones...

Jurisprudentia Romana, abhinc fine saeculi 19, non favet additioni quarti voti. Cf. "Normae" (1901), no 102.

I. Locus voti perseverantiae in vita Congregationis. Art. 243.

Textus est ad litteram art. 1 editionis Iae (1827), qui ipse non est nisi traductio textus respectivi ms. I (1818): "Outre les voeux dont on vient de parler, les membres de la Société feront le voeu de persévérance."

Hunc articulum V. Fundator noster transtulit e textu italiano Regulae s. Alphonsi. Cf. Cosentino, o.c., II, p.81.

Commentarium.

a) Omnes Oblati emittunt istud votum perseverantiae: tum perpetuo professi, tum temporarie professi (ad annum perseveraturum); tum sacerdotes vel futuri sacerdotes, tum fratres laici.

b) Et quidem obligatorie. Voluntas perseverandi in Congregatione est elementum essentiale nostrae vocationis oblativae. Cf. art. 685, 690, 697, 739.

V. Fundator voluit hanc perseverantiam in Societate tum pro seipso, tum pro suis sociis, et quidem statim ab initio, ut apparet ex petitione 25-1-1816 ad Vicarios generales Aquenses: "Les Missionnaires doivent se proposer en entrant dans la Société d'y persévérer toute la vie." (Rey, I, p. 191).

Formula oblationis: "Pariter jurejurando voveo perseveraturum..." (art. 742). quae jam invenitur in ms. I (1818).

c) Rationes insistendae P. de Mazenod in voto perseverantiae in Congregatione.

1- Subiit, remote saltem, influxum evolutionis historicae societatis religiosae, dependentis ab evolutione sociali temporali.

Systema feudale alti medii aevi favebat organizationi status religiosi in monasteriis independentibus, tamquam civitatibus exemptis, quarum abbas fuit non solum pater, sed etiam princeps, et quibus monachi remanebant incorporati quasi servi terris domini. Unde momentum voti stabilitatis.

Consequenter ad dissolutionem societatis feudalis et ad liberationem progressivam civitatum et civium, transformatio organizationis status religiosi, praesertim circa saeculum XIII: fundantur instituta mendicantia, apostolica et activa varii generis; necessitas majoris mobilitatis et, per consequentiam majoris centralizationis: loco voti stabilitatis, firmior cohaesio membrorum inter se et cum toto corpore societatis, prohibitio relinquendi ordinem; intimior et magis immediata dependentia a S. Sede, centro christianitatis, cujus servitium, approbationem et protectionem quaerunt.

Exemplum clarissimum Societatis Jesu, cujus historia et spiritus minime latebat Fundatorem nostrum: intima amicitia jungebatur pluribus membris ejus, ut fratribus Zinelli (Rambert, I, p. 16), P. Magi (Rambert, I, 33s).

Influxus Gallicanismi et Regalismi: gubernia civilia sibi vindicant jus approbandi et supprimendi societates religiosas; tendentia episcoporum servandi sacerdotes sub jurisdictione sua, eos retrahendi ex institutis religiosis ad servitium dioecesis, quae tentatio magis urgebat post Revolutionem gallicam, data penuria sacerdotum saecularium.

2- In particulari exemplum Congregationis sacerdotum SS. Redemptoris et Regulae S. Alphonsi.

Die 21-7-1740 emiserunt primum votum, quod fuit votum perseverantiae in

in Congregatione, cum clausula quod solum Superior Major pro tempore et S. Pontifex ab eo dispensare possent. Non nisi die 9-5-1743 emiserunt prima vota religiosa paupertatis, castitatis et oboedientiae. Cf. de Meulemeester, Histoire Sommaire de la Congrégation du T.S. Rédempteur, 1950, Louvain, p.40s,45.

P. de Mazenod assumpsit in sua Ia regula (1818) totam paragraphum S. Alphonsi de voto perseverantiae, cui addidit duos articulos propios. Cf. Co-sentino, o.c. I, p. 95s.

3- Experientia personalis V. Fundatoris. Varia tentamina apostolica ad rechristianizandos populos, speciatim per missiones sacras; propriae experientiae abhinc anno 1816: instabilitas humana, qua membra societatis nimis facile cedebant tentationi redeundi ad proprias dioeceses, sollicitandi dispensationem a suis Ordinariis; tentatio Episcoporum retrahendi suos sacerdotes...

P. de Mazenod fuit profunde persuasus actionem apostolicam seriam et durabilem exigere stabilitatem sive perseverantiam missionariorum, viros quibus omnino fidere liceret...

4- Perseverantia in societate erat omnino in linea sui caracteris personalis. Fuit vir nobilis tum genere, tum praesertim caractere. Jamvero, vera nobilitas implicat fidelitatem erga socios in communi labore, et praesertim in labore apostolico pro regno Christi. "Amicitia quae desinere potest, vera nunquam fuit". (S. Hier., Epistola III; P.L. 22, 330).

## II. Vis propria (la portée) nostri voti perseverantiae. Art. 244.

Indicatur determinando objectum proprium hujus voti. Etenim tale objectum non est perseverantia in observatione votorum religiosorum paupertatis, castitatis et oboedientiae, nec perseverantia in statu religioso, nec a fortiori perseverantia in bono generatim, quamvis nostrum votum perseverantiae praeparet ad haec omnia tamquam medium optimum ad finem - sed est objectum omnino determinatum et limitatum, scilicet permanencia in Congregatione.

Textus mutationes subiit, praesertim in ed. 4a (1910); sed substantia semper eadem permansit, scilicet objectum proprium hujus voti.

Textus ms. I (1818): v. Missions, 1951, p. 54. V. Fundator noster assumpsit textum paragraphi respectivi s. Alphonsi, complendo eum (incisui de dimissione membrorum per Sup. gen., addidit verba "conformément au mode fixé par les Constitutions") et addendo in fine "En faisant ce voeu, on entend s'engager même pour le cas où, par quelque événement imprévu, la société serait obligés de se séparer, car elle ne serait point dissoute pour cela."

Textus ed. Iae (1827) non est nisi translatio latina textus primitivi distributa per tres articulos:

"II. Per hoc votum permanere tenentur usque ad obitum in Societate, ejusque relaxationem, nisi a Summo Pontifice vel a Superiore generali postulare.  
III. Superiori semper erit facultas eos dimittendi, qui Societati aedificationi non essent, juxta quod praescribitur a constitutionibus. In hoc tamen ponderanda sunt momenta coram Deo, ac in re tanti momenti summa aequitate, nulloque praejudicio procedendum.

IV. Hoc emittentes votum adstringuntur etiam pro illis casibus quibus Societas, fortuito aliquo eventu, ab invicem disjungenda foret; tunc enim, hoc ipso, minime solveretur."

Iste textus transit in ed. 2am (1853), quae tamen addit in art. II, relate ad relaxationem postulandam, praecisionem "atque gravissimis de causis". Ceterae mutationes sunt pure verbales.

Decretum S.C. Episcoporum et Regularium 1866 reservat dispensationem votorum S. Sedi: cf. Circul. 17 (29-6-1866), p. 11 (T.I, p.163).

Cap. gen. 1867 mutavit textum Regulae conformiter ad praedictum decretum:

Art. II. Per hoc votum permanere tenentur usque ad obitum in Societate, ipsiusque voti relaxationem non postulare nisi a Summo Pontifice, atque gravissimis de causis.

Art. III. Superior generalis dispensare valet a votis temporaneis scholasticorum et fratrum laicorum, rationabili solum de causa.

Art. IV. Superiori semper erit facultas...

Art. V. Hoc emittentes votum adstringuntur...

Haec nova ordinatio recipitur in ed. 3a (1894), approbata a S. Sede.

Ed. 4a (1910) retinet quidem dispositionem circa dispensationem votorum et dimissionem, eam tamen reponit in p.3, cap.IV. Caetera vero colligit in uno art. 259, quem introducit nova formula: "Licet perseverantia sit de ratione votorum perpetuorum paupertatis scil., castitatis et obedientiae, attamen per votum perseverantiae sodales se expresse adstringunt ad permanendum usque ad obitum in Congregatione, illis etiam in adjunctis, in quibus ipsa, fortuito aliquo eventu, disjungenda foret, tunc enim hoc ipso minime solveretur."

Ed. 5a (1928) retinet ad litteram hunc articulum sub no 244. Aliunde omnis dispensatio votorum, etiam temporalium, in religione juris pontificalis reservatur S. Sedi: cf. can. 638. Quod attinet ad dimissionem: v. art. 785 sqq.

#### Commentarium.

a) "Licet perseverantia sit de ratione..." Ipsa vota religiosa substantialia important essentialiter quamdam perseverantiam. Etenim, eorum objectum proprium et formale est observatio paupertatis, castitatis et obedientiae per determinatum tempus, scilicet ad annum vel ad triennium vel ad mortem usque. Cf. T.R.P. DESNOYERS, Circul. 31-4-1944, p. 7.

Insuper ista vota publica secum trahunt obligationem perseverandi in statu religioso, imo perseverandi in Congregatione O.M.I. Per vota publica aliquis ipso facto stabilitur in statu religioso, et quidem in determinato instituto. Attamen, perseverantia in statu religioso et speciatim in Congregatione non est nisi simplex obligatio, utique gravis, quae per modum consequentiae resultat e votis publicis. Obligatio voti qua talis cadit formaliter unice in observationem paupertatis, castitatis et obedientiae: haec sola est objectum formale et proprium votorum religiosorum substantialium.



b) Supervenit novum et distinctum votum perseverantiae, cujus objectum proprium et formale est praecise illa perseverantia in Congregatione jam aliunde obligatoria. Sicut fidelis perseverantia in statu conjugali consecratur per sacramentum, ita, servatis servandis, nostra fidelis perseverantia in Congregatione specialiter Deo consecratur per votum.

Ex hoc plura consecretaria valde notanda:

1) Ex tali voto permanentia in Congregatione contrahit, praeter fidelitatem et constantiam, quae certo jam sunt bona excellentia, novam bonitatem eamque eminentem, scilicet virtutis religionis: Oblatus fideliter permanens in sua Congregatione exsequitur promissionem factam in Dei honorem, ita ut ipsa haec perseverantia in suo religioso Instituto sit quasi permanens actus religionis vel cultus divini.

2) Unde etiam nova, sanctior et urgentior obligatio perseverandi in Congregatione atque evitandi omnia quae hanc perseverantiam directo et gravi periculo exponere possent.

Istud novum ligamen morale est, per se, in adjuvamen infirmitatis et inconstantiae humanae: "Solet enim plus timeri quod singulariter pollicetur, quam quod generali sponsione concluditur."

Accedit hoc notabile, quod agitur hic de voto in favorem tertii, scilicet Congregationis. Jamvero, tum theologia moralis, tum jus canonicum habent obligationem talium votorum ut sanctiorem, majoremque cautionem exigunt in eorum dispensatione, ne laedatur jus aliis quaesitum. Cf. can. 1313.

Sequitur, quod si quondam nos sollicitat tentatio petendi dispensationem votorum aut transeundi ad aliud institutum, ratio habenda erit non solum proprii interesse, sed etiam juris quaesiti Congregationi (can. 1313). V. Fundator frequentius insistebat in ista consideratione, quae nimis facile praetermittitur.

Sequitur pariter Oblato qui vellet transire ad aliam religionem non sufficere simplicem permissionem Apostolicae Sedis (can. 632); sed eum indigere veram dispensationem a suo voto publico perseverantiae in Congregatione (quae utique saltem implicite conceditur in rescripto S. Sedis).

Sequitur denique istam particularem obligationem perseverantiae in Congregatione premere omnes professos, etiam votorum temporaneorum, pro tempore professionis suae.

3) Unde egressus illicitus e Congregatione importat novam et distinctam malitiam eamque de se gravem, contra virtutem religionis, propter laesionem specialis voti perseverantiae. Ita v.g. relinquendo Institutum propria auctoritate (apostasia, fuga), extorquendo saecularizationem vel indultum transeundi ad aliam religionem fingendo rationes absque ullo fundamento serio et valabili, vel exaggerando notabiliter rationes, sese exponendo culpabiliter et graviter periculo ejectionis e Congregatione...

4) Videtur omnino dicendum, quod obligatio perseverandi in Societate, cum sit apud nos gravior et sanctior, utpote sancita peculiari voto, exigit rationes graviores ad solutionem vinculi petendam. Ita factum perturbationis socialis (revolutiones, bella, violenta dispersio communitatum per potestates civiles...) non esset per se ratio sufficiens. Cf. art. 244 sq.

Si tales causae ordinis generalis et publici per se non sufficiunt Oblatis ad petendam dispensationem, a fortiori non sufficient eis difficultates personales, ordinariae, sive internae sive externae (difficultates cum

superioribus vel confratribus...) Revera, omnis promissio seria et proprie dicta secum trahit obligationem quae gravare potest promissorem, atque hic difficultates plus minusve graves experiri potest in illius executione. Licetne ex hoc solo exigere annulationem vel relaxationem promissionis?

Matrimonio contracto permulti conjugati citius vel tardius detegunt res non tales se habere quales eas cogitaverunt vel speraverunt... Profunde et dolorose sentiunt onera imposita per mutuas promissiones matrimoniales... Possuntne propterea petere divortium? Quid tunc fieret de virtute fidelitatis? de securitate et stabilitate relationum inter homines???

Quod attinet ad nos Oblatos, habetur ex una parte promissio vera, seria, sollemnis, et quidem promissio Deo facta. Ex altera parte difficultates personales plus minusve graves, molestia, incommoda in executione promissionis. Eritne de se et semper ratio sufficiens resiliendi suam promissionem? Non auderet quis ita agere erga alium hominem! Licetne liberius se gerere erga Deum? erga Congregationem? Cf. 2.2.q.88, a.3: "Maxime obligatur homo ad hoc quod impleat vota Deo facta... Deo maxime obligamur... Votum Deo factum est maxime obligatorium."

Vehementia doloris et protestationum Fundatoris in casu apostasiae, expulsionis vel petitionis inconsideratae dispensationis. Cf. T.R.P. DESNOYERS, Circul. 31-4-1944, pp.6sq; 16sq.

Nostra conditio estne infeliciores ac tot conjugatorum??? On s'explique... On essaie de remédier... on supporte...

Rationes ordinis familialis, necessitas subveniendi parentibus ex pietate, utrum sit causa sufficiens petendi dispensationem votorum et relinquendi Congregationem?

Generatim exitus e Congregatione non est medium unicum nec necessarium. V. Fundator de hac re frequenter scripsit; voluit generose subvenire parentibus suorum filiorum, potiusquam eis concedere dispensationem votorum. Cf. Yenveux, o.c. II.

Quid senserit P. de Mazenod de transitu ad aliam religionem? Non possunt esse nisi casus omnino exceptionales, ita ut a priori diffidere oportet hujusmodi tentamini. "Il y a grandement à présumer que ces secondes vocations ne viennent pas de Dieu, mais de l'inconstance de l'homme, parce que l'Esprit de Dieu ne change pas de voie comme l'homme de volonté." (Lettre du 9-3-1826 au P. Tempier). V. Yenveux, o.c. II.

5) Nostrum quartum votum auget proinde obligationem perseverandi in Congregatione saltem intensive. Etiam extensive? Obligationsi generali permanendi in Congregatione qualis resultat e votis publicis paupertatis, castitatis et obedientiae, superadditurne e nostro voto perseverantiae ulterior obligatio concreta, materialiter magis extensa???

Hodie non videtur ita. Revera, verba articuli 244: "illis etiam in adjunctis, in quibus ipsa fortuito aliquo eventu, disjungenda foret..." non continent hujusmodi extensivum. Ipsa vota publica paupertatis, castitatis et obedientiae, emissa in instituto ab Ecclesia approbato prohibent, ne quis se consideret liberum ipso facto causae majoris improvisae (revolutio, dispersio violenta per potestatem civilem...) Sola S. Sedes est competens ad supprimendum institutum religiosum legitime conditum et ad solvenda ejus membra a suis obligationibus resultantibus ex eorum pertinentia ad statum publicum Ecclesiae. Cf. can.498; T.R.P. DESNOYERS, Circul. 31-4-1944, p.9sq.

Olim, sub jure quo primitus regebatur Congregatio, nostrum votum perseverantiae imponebat hanc obligationem concretam et distinctam postulandi relaxationem votorum nonnisi a Summo Pontifice vel a Superiore generali, prohibendo recursum ad Episcopos. Cf. supra p. 103-104.

Votum perseverantiae jam non amplius importat hanc particularem obligationem, cum omnis dispensatio votorum publicorum in religionibus juris pontificii reservatur S. Sedi. Cf. Decr. S.C. Episcoporum et Reg. 1866 (v. supra, p. 104); Leo XIII, Constit. "Conditae a Christo", 8-12-1900, 2a p., no 11; C.J.C. can. 638.

Verumtamen, etsi Episcopi non habeant facultatem dispensandi circa vota nostra, possunt tamen nobis faciliorem reddere exitum e Congregatione recipiendo inter clerum suum Oblatum in sacris constitutum (can. 641). Jamvero votum perseverantiae nobis prohibet recursum ad Episcopum, intuitu incardinationis obtinendae, nisi adsint rationes objectivae et graves postulandi dispensationem, secundum superius dicta. Si revera habentur tales rationes, prudentia et saltem simplex honestas prohibent ne hujusmodi tractationes fiant insciis propriis superioribus saltem majoribus.

### III. Dispositiones practicae de perseverantia servanda in adjunctis extraordinariis. Art. 245.

Est dispositio primitiva quae semper eadem permansit abhinc prima versione Regulae (1818) per omnes editiones.

#### Commentarium.

"Fortuiti eventus" quibus specialiter providendum est, possunt esse bella, revolutiones, persecutiones cruentae vel incruentae, machinationes potestatis civilis contra societates religiosas aliave adjuncta extraordinaria in quibus contactus cum confratribus, superioribus est difficilis vel impossibilis.

"Statutum particulare": tale statutum edidit v.g. Cap. Gen. 1906 conformiter ad documentum S.C. Episcoporum et Religiosorum 1903 "Instructiones et Facultates ad Religiosos Galliarum Congregationes Virorum".

Nota praesertim conclusionem illius statuti: "Les Oblats dispersés prendront comme devise cet article de nos Saintes Règles: "Arctissimis charitatis vinculis connexi, sanctae obedientiae, sub superiorum regimine, subjiciuntur". Les Oblats s'aimeront et se soutiendront les uns les autres, en santé et en maladie, se prévenant mutuellement par des services fraternels."

Obligatio curandi de Oblatis dispersis, ut servent contactum cum corpore Societatis, non respicit solummodo auctoritatem supremam, sed etiam Provinciales et Superiores locales...

Imo et ipsos Oblatos dispersos, separatos a convictu confratrum et Superiorum. Non expectent passive usquedum suprema auctoritas divulget statutum particulare vel eos quoquo modo attingat. Saepe saepius est ei impossibile agendi. Unusquisque sit sollicitus renovandi et servandi contactum cum Superioribus et confratribus, et praesertim servandi unionem internam mentium et cordium: vigilare ne paulatim cor abalienetur Congregationi! Cf. S.C. de Religiosis, Monitum 10-7-1955; Acta Ap.Sedis, 27-7-1955, p.519sq; Documenta cath. 4-2-1955, col. 1144sq.

Appendices.

I. Praesens paragraphus quamvis ex professo legiferat de perseverantia, nihil dicit de juramento perseverantiae. De eo fit solum mentio in Oblationis formula (art. 742) et in art. 739.

Per juramentum additum voto Deus, Veritas Prima, advocatur ut testis sinceritatis intentionis nos obligandi et standi obligationi. Unde major sanctitas et firmitas promissionis et, in casu violationis, majus peccatum (perjurium). "Juramentum adhibetur voto, ut per duas res immobiles major firmitas habeatur". (2.2. q.89, a.8, ad 2). Cf. Desnoyers, l.c. p. 8sq.

II. Nostrum votum perseverantiae est actus virtutis perseverantiae et fidelis observatio voti sicut observatio aliorum votorum et totius Regulae est medium excellens se firmandi et progrediendi in virtute perseverantiae, sese disponendi ad ipsam perseverantiam finalem: V. Fundator mire confidebat in fidelem perseverantiam in Congregatione tamquam in securam praeparationem ad perseverantiam finalem. Cf. Yenveux, o.c. II.

a) Excellentia et necessitas virtutis perseverantiae. Cf. 2.2.q.137.

Perseverantia est pars (integralis et potentialis) fortitudinis. 2.2. q.128. Respicit illum actum qui est "sustinere", tenir bon! Opus virtutis habet specialem difficultatem ex diurnitate temporis. Jamvero perseverantiae est praecise "in virtuosus operibus diurnitatem sustinere prout necesse est". 2.2. q.137, a.1.

Sicut ipsa fortitudo, est in irascibili. Q.137, a.2 ad 2. C'est une volonté qui se dresse en face de la difficulté inhérente à toute oeuvre humaine de valeur, et spécialement à l'oeuvre de la sainteté et de l'apostolat chrétien, c'est-à-dire de l'effort prolongé quasi indéfiniment, de l'effort toujours à renouveler.

Unde perseverantia indiget specialiter auxilio gratiae. Q.137, a.4.

b) Vitia opposita: per defectum, mollities (manque d'énergie, faiblesse); per excessum, pertinacia (obstination). Cf. 2.2. q.138.

c) Specialis necessitas perseverantiae in nostra vita religiosa. Difficultas diurnitate temporis crescit et quam maxime sentitur: "status" quae talis exigit fixitatem, permanentiam... diurnitas, absque interruptione, in renuntiationibus impositis a votis religiosis, a vita communi... labor perpetuus, quotidie renovandus contra proprios defectus, passiones, ad virtutes exercendas... labor continuus in ministerio sacerdotali et apostolico, quin successus exterius appareat...

Unde fidelis perseverantia in Congregatione meretur specialem laudem, eique conveniunt particulariter omnia quae S. Scriptura habet de fidelitate in servitio Dei: "Nemo mittens manum suam ad aratrum, et respiciens retro, aptus est regno Dei" (Luc, IX,62); Christus mittens apostolos eisque praedicens labores et persecutiones: "qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit" (Matth., X,22); "Vos autem estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis: et ego dispono vobis sicut disposuit mihi Pater meus regnum..." (Luc, XXII,28-30). Apoc. II,2,10: "Esto fidelis usque ad mortem, et dabo tibi coronam vitae"; promissiones factae servo fideli et prudenti: Matth. XXIV,45; XXV,21...

d) Forsitan specialis difficultas perseverantiae religiosae nostra aetate.

Miri progressus machinismi moderni; magis ac magis diminuit laborem corporalem, supprimit difficultatem distantiarum et temporis... est quasi fascinatio celeritatis... magnum principium oeconomiae industrialis: cum minimo labore, minimo tempore, producere quam maxima... Non est tempus perendum! Horror "immobilismi". Haec omnia sensim transferuntur in vitam spiritualem et apostolicam... Est autem illatio illegitima, generans deceptiones graves. Regnum Dei in nobis et circa nos est vita, et vita in materia humana, lente progrediens ab imperfecto ad perfectum; normaliter non dispensatur nec a labore personali nec a tempore; non dantur machinae nec artificia (procédés, trucs, systèmes) ad sese corrigendum, ad progrediendum in virtutibus...

"Biologismus" et "psychologismus" magis ac magis invadunt omnia, considerant omnes realitates sub lumine suo; et speciatim etiam personam humanam nimis exclusive sub suo respectu psychologico et biologico. Jamvero realitas biologica et psychologica personae humanae est natura sua instabilis, in perpetuo motu: "experientiae" internae sibi succedunt, variae, diversae, contradictoriae... Est vera "dialectica" in nostro microcosmo personali, et saepe saepius dialectica per mutuum destructionem conceptionum et affectuum.

Nimis facile praetermittitur vel postponitur consideratio realitatis metaphysicae, moralis et socialis personae humanae et christianae cum suis consecrariis (suppositum majoris excellentiae, subjectum jurium et obligationum, vocatio emergendi e realitate corporali mutabili, contribuendi pro sua parte ad restaurandam harmoniam, ordinem tum in proprio microcosmo, tum in corpore sociali...)

Fatendum talem mentalitatem non favere fidelitati et perseverantiae quae suas radices habent in parte spirituali personae humanae et christianae, ac postulant concursum gratiae divinae.

Conceptio vitae tota ordinata versus progressum et felicitatem terrestrem, practice materialistica, minus patet valoribus spiritualibus, quales sunt praecise fidelitas et perseverantia. Mentis magis ac magis familiarizantur cum divortio, cum instabilitate relationum humanarum, cum infidelitatibus omnis generis. Divortium elevatum ad institutum sociale, legale...

Deficientia sanitatis physicae et psychicae, non obstante prolongatione vitae. Systema nervosum minus robustum, numerus crescens eorum qui nevropathia vel psychopathia, laborant, defectus aequilibrum physici, psychici et mentalis... Unde instabilitas indolis, morum.

e) Unde urget hodie quam maxime necessitas providendi fidelitati et perseverantiae.

Diligentia in electione et formatione candidatorum... Instruantur de natura votorum, de gravitate obligationis eorum, ut valeant emittere vota "deliberate"; ut possint praestare juramentum perseverantiae "in veritate, in iudicio et in justitia" (2.2. q.89, a.3 - can. 1316). Cf. Acta Cap. 1949, art. 33; T.R.P. Desnoyers, Circul. 31-4-1944, pp.20ss; Circ. 203 (8-12-1953) p. 25.

Attendere non solum ad materialem, juridicam permanentiam in Congregatione; sed omni conatu formare juniores ad virtutes fidelitatis et perseverantiae. Nostrum votum perseverantiae formaliter cadit solum in illam materialem et juridicam permanentiam in Congregatione. Sed sensus et finis voti est ut inducat ad exercitium virtutis perseverantiae.

Jamvero haec virtus postulat, ut Oblati sint fideles spiritui et vitae Congregationis, fideles proinde in observatione suarum Regularum et suae traditionis viventis. Sic permanebunt in Congregatione ut membra viva. Tunc tantum erit spes fundata et moralis certitudo eos adimpleturos esse obligationem voti perseverantiae.

Sollicitudo Superiorum localium et Provincialium fovendi perseverantiam juniorum Patrum per primos annos post scolasticatum... et fratrum laicorum! Cf. Desnoyers, l.c. p. 24; Acta Cap. 1949, art. 33: "Superiores locales domorum Oblatos benigne excipiant... Convocentur praeterea a Provinciali quotannis..."; Circ. 203, p. 17s. (Temps de rénovation ou second noviciat).

Sollicitudo omnium Oblatorum, etiam subditorum, de perseverantia procuranda. Omnes ita vivant, ut Congregatio, provincia, domus sint uti sinus in quo vocationes servari et progredi valeant (milieu favorable). Responsabilitas uniuscujusque. Unusquisque quodammodo responsabilis est de perseverantia fratrum suorum.

Sollicitudo cujusque de propria perseverantia. Cela ne va pas tout seul! Il faut s'en soucier! Vigilantia ad praecavenda et fugienda pericula infidelitatis vel mollitiei progressivae... conatus positivi et continui ad superandas difficultates vitae, lassitudinem, indolentiam, taedium (ennui)... colere laetitiam supernaturalem in vocatione sua, laetitiam pertinendi ad Ecclesiam et ad Congregationem (cf. Missam dominicae IV Quadragesimae, "Laetare")... orare: perseverantia, et praesertim perseverantia finalis, est gratia (2.2. q.137, a.4), quam debemus implorare et mereri, saltem de congruo... Intueri exemplum Virginis fidelis eique commendare nostram fidelitatem, praesertim in festis Annuntiationis et Praesentationis B.M.V. Cf. Desnoyers, l.c. p.23s; Pius XI, Nuntius radiophonicus 12-2-1931: v.A.A.S. 1931, p.67; Doc. Cath. 7-3-1931, col. 575; Ami du Clergé 7-5-1931, p. 305; Enchiridion de Statibus perfectionis, Romae, 1949, I, no 358; Desnoyers, l.c. p. 26.

Si premit tentatio contra perseverantiam:

ante omnia, se stabilire in intentione recta, pura, sincera, quaerendi super omnia voluntatem divinam; esse paratus eam acceptandi quaecumque sit...

Nihil praecipitare! cedendo primae impressioni. Quam insanum, si quis in momento mali humoris, tristitiae, lassitudinis, adversitatis (insuccès, échec), humiliationis, irae, decidat in re tanti momenti sese exponendo periculo mali irreparabilis...

Considerare, etiam atque etiam cogitare tranquille, serio, sincere coram Deo.

Consilium capere recta intentione, simplicitate et veritate, corde candido (avec parfaite ouverture)... Et non apud quemcumque!

Diffidere inconstantiae humanae, illusionibus et praetextibus fallacibus (sanitas, familia; illusiones circa talenta, "vocationem superiorem"; desiderium vitae commodioris...)

Oratio instans...

III. Quomodo se gerendum casu quo confratres derelinquunt Congregationem?

Si non sumus Superiores, abstinere a judicando eos...

Sed potius excusare. Tot sunt rationes, quae, etsi non legitime egressum, eum tamen explicare possunt ex toto vel ex parte... Mystera voluntatis humanae!

In charitate christiana compati cum eis: egressus e Congregatione est quandoque calamitas, fere semper dolorosa vitae experientia...

Sit pro nobis occasio nos renovandi in spiritu vocationis nostrae, in fervore, in fidelitate, omni cum humilitate et confidentia in Deum et B.M.V.

-----

Praetermittimus ordinem primae versionis Regulae (ms.I, 1818) et prosequimur commentarium sequendo ordinem adoptatum definitive a V. Fundatore jam in ms. "Honorat" et servatum usque hodie. Cf. supra p. 3.

Regula agens in 2a parte de obligationibus sanctificationis propriae Missionariorum (supra p. 1), proposuit in cap. I media primaria perfectionis evangelicae, scilicet tria vota consiliorum evangelicorum et annexum votum perseverantiae. Nunc jam proponit media subsidiaria, et quidem imprimis praecipuas observantias religiosas adaptatas conditioni Missionariorum Oblatorum. Earum observatio creat quodammodo "medium" (milieu) favens vitae virtuosae Missionariorum: milieu de recueillement, de prière, d'austérité chrétienne, d'entr'aide fraternelle (Réunions de communauté). Unde...

## CAPUT SECUNDUM

### DE PRAECIPIUIS OBSERVANTIIS RELIGIOSIS ADAPTATIS CONDITIONI

#### MISSIONARIORUM OBLATORUM MARIAE IMMACULATAE.

#### Notae praeviae.

##### I- Titulus et materia hujus capituli.

Abhinc prima editio (1827) legitur: "De silentio et interna animi recollectione, de oratione et ceteris religionis exercitiis, necnon de corporis afflictationibus et de domesticis conventibus".

Est transcriptio latina tituli gallici qui legebatur jam in ms. "Honorat" et in ms.II: "Du silence et du recueillement. De la prière et des exercices de piété. De la mortification et des pénitences corporelles et des assemblées domestiques".

Titulus ms.I (1818) est brevior: "Du silence, du recueillement, de la mortification et des pénitences corporelles". Reapse tamen tractatur in fine, per modum appendicis, etiam "des assemblées domestiques".

N.B. P. de Mazenod secutus est in hac sua prima versione titulum regulae

S. Alphonsi qui hanc materiam tractat in suo capite III: "Del silenzio, raccogliamento, mortificazione e penitenza corporali".

II- Divisio sequitur materias indicatas in ipso titulo.

1. conditio generalis et praevia omnis vitae religiosae-apostolicae seriae, scilicet interna animi recollectio.

2. Professio religiosa, quasi secundus baptismus, consecrat christianum specialiter servitio sive cultui filiali Dei qui exercetur in oratione et ceteris religionis exercitiis, quae simul sunt causa eminens omnis activitatis religiosae et apostolicae.

3. Professio religiosa initians novam vitam exigit, sicut baptismus, ut moriamur progressive peccato et omnibus causis peccati. Unde de mortificatione christiana.

4. Ista nova vita religiosa-apostolica exigit fraternam omnium cooperationem. Unde de "domesticis conventibus".

#### Paragraphus prima

#### De silentio et interna animi recollectione

##### Animadversiones praeviae.

I. Textus Fundatoris in ed. Ia (1827) a S. Sede approbata 1826, imo quoad substantiam saltem exstans in ms. I (1818), fideliter servatus est per omnes editiones, excepta minutissima modificatione potius materiali in art. 249.

Sine dubio omnia Capitula generalia judicaverunt dispositiones hujus paragraphi semper retinere suam actualitatem.

II. In Constitutionibus s. Alphonsi dispositiones de silentio et recollectione constituunt paragraphum Iam capituli III (cf. supra p. 2).

P. de Mazenod eam pressius sequitur in ms. I: idem ordo idearum eisdem fere expressionibus. Cf. Cosentino, o.c. p. 102sq.

Paulo postea addidit famosum "N.B." in fine et ea quae nunc sunt art. 251.

##### I- Magna lex vitae oblativae.

Tota vita = perpetua animi recollectio. Art. 246.

Jam in Ia versione Regulae (1818): "La vie entière des membres de la Société doit être un continuel recueillement".

Est perfectio - un idéal - proposita Oblatis progressive realizanda.

a) Nonne est opposita mentalitati hodiernae?

Haec abhorret ab omni modo se gerendi violento, artificioso, composito (compassé, formaliste, conventionnel, faux); favet autem spontaneitati et simplicitati, atque nobis vult animum et oculos apertos, in plena communione cum fratribus nostris, cum humanitate, cum natura, cum cosmo...

b) Sed de qua re agitur praecise?

Animi recollectio (recueillement intérieur) non est violenta, nervosa concentratio imaginationis, sensuum, corporis...



Sed voluntas lucida et firma revocandi potentias suas (imaginationem, mentem, sensibilitatem) ad intra, pacate, suaviter, patienter, perseveranter, ut eas paulatim quasi in manibus habeat.

Est proinde contrarium dissipationis qua quis vivit in superficie sui-ipsius, contrarium vitae centrifugae qua quis sese effundit ad extra videns et audiens omnia, cogitans de omnibus, occupatus de omnibus opportune et importune...

Toto caelo distat ab illa forma egoismi quo quis vivit segregatus et reflexus in seipsum (isolé et replié sur soi-même).

Sed est attentio affectuosa et fidelis praestita Deo ejusque servitio: "Sicut oculi ancillae in manibus dominae suae, ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum". Est quaesitio studiosa et obstinata plenitudinis divinae et fixatio in ea, ita ut in Deo et propter Deum, in tantum in quantum vult, communicemus legitime et proficue cum omnibus rebus et personis quarum cognitio, amor et servitium pertinet ad nos. Cf. S. Bernardum, in Cantic. Sermo 40, no 4-5 (P.L. 183, 983 sq.).

c) Hanc animi recollectionem Oblati aestimare, diligere eique studere debent: "Tota vita sodalium perpetua debet esse animi recollectio." Etenim,

1) Sine illa animi recollectione nunquam attingemus plenitudinem nostrae existentiae; personalitas nostra semper carebit sua perfectione absoluta (jamais achevée). Qui fugit animi recollectionem, semper ad extra effusus, non communicat cum "realitate" cujus apprehensio maxime et ante omnia nobis interest: non communicat cum substantia propriae animae nec cum Deo ibi praesente. Spiritus vacuus et inanis: c'est le vide, le creux de l'esprit.

Latent in nobis vires quae, sine animi recollectione, nunquam eluciduntur non ingredienti ambitum conscientiae: qualitates, dotes quae ex parte saltem ignorantur et inutiles remanent; influxus funesti qui subobscurae nos perturbant et paralyzant activitatem et evolutionem normalem, quod si eos lucide et attente inspiceremus, facilius neutralizarentur. Homo normalis ipse perscrutatur profunditates animae suae...

2) Deus se inveniri sinit in animi recollectione. Ipse immanens mundo est et nobismetipsis; nobis proximior est quam nosmetipsi. Jamvero, viventes habitualiter in statu dissipationis et agitationis, permanemus in superficie realitatis ac nostrae propriae realitatis, et Ipsum non invenimus. "Je suis à la fois le plus loin et le plus près" (Imitatio J.C.). Peccato mortali commisso SS. Trinitas absens est animae nostrae; dissipatione habituali ipsi absentes sumus nobismetipsis et Deo.

S. Augustinus loquens de initio conversionis suae ad Deum: "Je tournai pour la première fois de ma vie le regard vers l'état de mon propre coeur... Tu étais en moi, mais j'étais en dehors de moi-même... Que j'ai commencé tard à vous aimer, beauté si ancienne et si nouvelle! Que j'ai commencé tard à vous aimer! Et pourtant vous étiez au dedans de moi; mais hélas! j'étais moi-même au dehors. C'était en dehors que je cherchais." (Confessions, X, ch. 27).

3) Animi recollectio est optima praeparatio ad actionem. Sine illo forsitan febrilis agitatio, non autem actio profunda et proficua.

Est conditio indispensabilis laboris serii. Per recollectionem vires

colliguntur; per dissipationem disperguntur. Qui vult agere vere, sincere, efficaciter in determinatum finem, sese colligit; qui fugit laborem serium, volenter se dispergit in multiplicitate: "la paresse des actifs!" (Cf. Imitatio, L.I, c.3, no 3).

4) Animi recollectio est praeparatio remota indispensabilis ad orationem. "On fera virtuellement oraison toute la journée (praecise per illam habitua-lem recollectionem), ou ne la fera pas du tout." (P. Petitot, O.P.).

5) Per recollectionem animi creatur "medium" sive atmosphaera in qua sola observatio religiosae castitatis fit possibilis normaliter: disciplinan-tur sensus, imaginatio, sensibilitas...

6) Vera animi recollectio nos praeparat ad pacem servandam cum aliis. Diffusi semper ad extra, continuo exponimur ad loquendum indiscrete vel levi-ter de aliis, de rebus quae ad nos non pertinent...

In Deo recollecti facilius obliviscimur eorum quae nos separant; in Ipso omnes simul invenimur ac solidius unimur in necessariis atque melius nos in-vicem comprehendimus et supportamus...

7) Virtuosa animi recollectio est fons veri gaudii: in illa quis invenit quod est melius suiipsius et presertim ipsum Deum suum. Recollectio facit unitatem, harmoniam, ordinem in microcosmo nostro ac in nostra activitate.

8) Influxus beneficus in proximum non spernendus!

Mgr de Mazenod, 18-5-1836 ad P. Mille, sup. N.-D. du Laus: "Voici les fêtes de la Pentecôte. Recommandez à toute la communauté, en mon nom, de redoubler de surveillance pour que le concours de tant d'étrangers ne jette pas dans une sorte de dissipation extérieure, qui ne serait pas édifiante dans des hommes que l'on s'attend à trouver, non seulement pleins de zèle mais aussi très modestes, graves et recueillis. Je vous en conjure, faites à ce sujet de très pressantes recommandations. Qu'il soit prouvé que le religieux obligé de se livrer à un ministère extérieur, trouve dans l'habitude de la régularité qu'il a dû contracter dans l'intérieur de la communauté, une surabondance de grâces et un secours tels, qu'il ne se démente pas, et ne trompe pas l'attente des fidèles qui exigent de lui plus que de tout autre dans l'action toute surnaturelle de son travail."

II. Realizatio progressiva recollectionis internae. Art. 247-253.

Oblati realizabunt progressive perfectionem sibi propositam in art. 246 adhibendo media pata, tum interna (art. 247), tum externa (art. 248-253).

a) Coram Deo ambulare: praxis vivendi in praesentia Dei. Art. 247.

Non est in hoc, ut quis habeat scientiam speculativam, abstractam praesentiae Dei in mundo ac in seipso; nec in hoc, ut habeat impressionem (le sentiment) praesentiae ejus...

Sed ut habeat conscientiam vivam, fide et caritate nutritam, DEI prae-sentis et suae dependentiae a Deo praesente. Est conscientia nos vivere cum ALIQUO, imo in ALIQUO, qui non est extraneus, qui nequidem est ille "alter ego" quocum intima amicitia nos conjungit, sed ille Inseparabilis "in quo vivimus, movemur et sumus" (Actus Ap. XVII, 28).

Commendatur nobis "jugiter coram Deo ambulare". Nequit esse questio de conscientia actuali ininterrupta Dei praesentis (non est de conditione praesentis vitae... evitandi conatus imprudentes in hoc sensu!). Fit per habitudinem suscitandi omni occasione occurrente, et quasi naturaliter, hanc conscientiam Dei praesentis, dijudicandi res ac eventus omnes per ordinem ad Deum cui nihil latet, audiendi Deum nobis loquentem per varias inspirationes gratiae, sollicitudine faciendi omnia propter Deum: l'habitude de faire attention à Dieu.

"Summopere curent jugiter coram Deo ambulare": avoir à coeur, s'appliquer... Assuescere patienter ideae nos vivere cum Illo et in Illo; et hoc absque contentione, praeoccupatione, sed pacate, suaviter, quasi naturaliter: tamquam manifestatio nostrae fidei et nostrae caritatis.

In hac materia praecipuum non est, ut nos subiciamus regulis et exercitiis alicujus disciplinae asceticae; sed ut nos vertamus versus Aliquem, versus Personam vel versus Personas divinas. Religio christiana, praesertim prout exercetur in vita religiosa, non concipienda praecipue ut praestatio "rerum", sed ut relatio personalis...

Hoc modo efficaciter promovetur illud "Tota vita sodalium = perpetua animi recollectio", et habet suum characterem proprie christianum.

Medium: orationes jaculatoriae, quarum datur nobis pulchra definitio descriptiva "brevis sed ignitae orationis jacula" (traits de prière courte, mais enflammée). Sunt quasi respiratio animae. Cf. S. Franciscus Sal., Traité de l'amour de Dieu, l.XII, c.9.

b) Diligere solitudinem et custodire cellam. Art. 248.

Solitudo nostra est domus nostra religiosa, et speciatim cella nostra: "le petit coin de Dieu" (Sta Theresia Abulensis).

Solitudo nostra non est absoluta; nec est finis in seipso... Non est solitudo Carthusianorum aliorumve contemplativorum, sed Missionariorum Oblatorum. Debemus eam materialiter custodire secundum mensuram vocationis nostrae, prout obedientia et caritas expostulant. Cf. art. 288, 289, 297, 298.

Sed semper debemus eam diligere, imo "vehementer" diligere (l'aimer ardemment; ms. I: "Ils aimeront infiniment la retraite")... Non habere caput et cor in mundo! Valde deplorandum, si paulatim sinimus domum et cellam nostram verti nobis in fastidium et taedium, ita ut nihil cogitemus nisi ut eas relinquamus quam citius, ad eas redeamus quam tardius et quam rarius.

Spiritus et cor semper dirigantur versus illam solitudinem fugiendo mundum et mundanas relationes. Oblatus, utpote sacerdos et religiosus, debet esse spiritualiter semper "solitarius", sicut Ipse CHRISTUS appetens solitudinem: "Homo Dei". Cf. S. Bernardus, In Cantica, Sermo 40, no 4 sq. (P.L. 183, 983sq.).

Mundus ac nostra natura inferior abhorrent ab ista solitudine. Eam aestimare ac diligere debemus innixi motivis rectae rationis et fidei:

1. Solitudo nostrae cellae est quasi officina nostra, in qua sola labor serius fieri solet: "Cela sent la cellule!" T.R.P. Soullier, Circ. 61, de Studiis. Joseph de Maistre: "On a voulu inventer des méthodes faciles, mais ce sont de pures illusions. Il n'y a point de méthodes faciles

apprendre des choses difficiles. L'unique méthode est de fermer sa porte, de faire dire qu'on n'y est pas et de travailler". (Correspondance, Lettre 24-10-1808).

2. Fatendum eam esse mortificationem pro natura. Solitudo est praecipua austeritas quorundam ordinum religiosorum. Est etiam pro Oblatis forma exercendi mortificationem christianam. Est, simul cum paupertate, castitate et obedientia, pars vitae austerioris discipulorum CHRISTI.

3. Domus et cella religiose custoditae sunt "medium" (le milieu) in quo anima invenit Deum. Eique intimius unitur. Non est solitudo vacui, nihili, mortis, sed plenitudinis et vitae, ita ut paulatim fiat secretum verae beatitudinis ac pacis: "beata solitudo..." "In cella invenies, quod deforis saepius amittes... Cella continuata dulcescit, et male custodita taedium generat. Si in principio conversionis tuae bene eam incolueris et custodieris, erit tibi postea dilecta amica et gratissimum solatium" (Imit. Christi, lib. I, c. 20, no 5).

4. Praeservat a multis tentationibus. Cf. T.R.P. Soullier, Circ. 61, de Studiis, pp. 14 ss; 19 ss.

N.B.1. Installatio instrumentorum radiophonicorum: cf. Circulaire 137 (19-3-1927) p. 19; Circulaire 164 (19-3-1939), p. 28; Acta Cap. 1949, art. 56. Pius XI: "La facilité avec laquelle s'introduit aujourd'hui la radio dans les maisons religieuses et ecclésiastiques, dans les instituts, dans les presbytères, est profondément regrettable. Quelle perte de temps! et aussi, plus d'une fois, quels ravages! Avec la radio, c'est le monde qui entre et qui exerce toute son influence pernicieuse. Par les sorties, on va vers le monde; par la radio, on introduit le monde chez soi." (Cf. Frey, Conseils sur la formation eccl., 2e éd. Rome, 1937, pp 44sq.).

N.B. 2. Ut facilius diligamus solitudinem domus et cellae nostrae, necesse est, ut sint, salva austeritate christiana et religiosa, tectum gratum ac quasi familiare (un vrai "chez soi", un "home"); et quidem tum materialiter, intra limites nostrae paupertatis religiosae, quae non excludit munditiam, ordinem, sollicitudinem in tuendis locis, mobilibus, in alimentis praeparandis... (cf. supra pp. 36 sq.); tum praesertim spiritualiter: caritas sit quasi materfamilias reddens domum gratum, inhabitabilem... Responsabilitas omnium et singulorum!

c) Studere silentio. Art. 249-253.

1) Magna regula silentii religiosi. Art. 249.

Textus. Ms. I (1818); sequens pressius Regulam s. Alphonsi: cf. Missions, 1951, p. 63. Ms. "Honorat": cf. ed. Etudes Oblates, 1943, p. [31].

Editiones latinae: ed. Ia (1827), art. IV. "Silentio, in omni Religione imperato, et perfectioni paratissimo, quovis tempore studebimus... usque post completum crastina die commune Tertiae officium..."

Item in editionibus 2a, 3a et 4a.

In ed. 5a (1928): "... usque post completa, crastina die, pia exercitia matutina"...

Commentarium.

"Silentio... studebimus". Non agitur de silentio mere materiali, de facto materiali non loquendi. Istud de se est moraliter indifferens. Potest habere causam et significationem moraliter vel indifferentes vel vix aut nullatenus commendabiles: quis non loquitur quia nihil habet dicendum... vel quis habet indolem timidam aut melancolicam... vel obstinate tacet propter superbiam humiliatam... aut ex vanitate servat silentium affectatum...

Sed de silentio in acceptione spirituali, de silentio virtuoso, religioso. Et tale silentium est potius officium animae quam factum corporale (une attitude d'âme). Est res animae moderari sive temperare usum linguae in servitium spiritus, veritatis, caritatis, religionis aliarumve virtutum. Videtur referri ad virtutem veracitatis qua quis loquitur quando, quomodo et ubi oportet (2.2. q.109), et ad virtutem "amicitiae" sive "affabilitatis" qua "homo convenienter ad alios homines ordinatur in communi conversatione tam in factis quam in dictis" (2.2. q.114, a.1).

Ad silentium religiosum reducitur quoque silentium "actionis" qua quis evitat strepitum inutilem; item moderatio risus.

"in omni Religione imperato". Est exigentia fundamentalis et universalis disciplinae religiosae. Impossibile cogitare "monasterium", domum religiosam absque silentio. Pius XI, Allocutio 10-1-1936: "Le silence est précisément l'une des grandes qualités que s. Ignace inculquait aux maisons de sa Compagnie. Si vous voulez porter un jugement sur une maison, disait-il, - lui s'entendait en ces matières - faites attention à la manière dont on y pratique le silence. L'esprit de silence, c'est-à-dire le recueillement, ce calme qui ne dérange ni rien ni personne, c'est là une invitation, tacite, mais continuelle, à faire attention à tout ce qui mérite attention. (Cf. Documentation cath., 18-1-1936, col. 162).

"perfectioni paratissimo": "offrant des avantages inappréciables pour acquérir la perfection". Ita jam in ms. IV (1825).

P. Faber, Bethléem, pp.1,112 s: "Le silence a toujours été l'ornement de la grande sainteté... C'est une vie de silence que le Verbe du Père, silencieusement parlé de toute éternité, choisit pour Lui-même..."

Silentium favet nostrae sanctificationi progressivae multiplici modo:

a. Est conditio generalis incrementi et maturitatis (de croissance et de développement), tum corporis tum animae.

Medici exigunt silentium pro infante recenter nato... et per omnes annos silentium remanet medium formationis, educationis efficax et indispensable. Cf. Hélène Lubienka de Lenval, Du silence: Vie Spirituelle, oct. 1950, pp.257 ss. Psichari: "Ces grands espaces de silence qui traversent la vie, je leur dois ce que je puis avoir de bon en moi. Malheur à ceux qui n'ont pas connu le silence."

In nostra vita moderna celeritas et strepitus tollunt de die in diem silentium et quietem necessaria: sunt quasi luxus, paucissimi eum sibi procurare valent.

b. Silentium facilius reddit exercitium magnarum virtutum et vicissim quasi informatur valore morali et pulchritudine harum virtutum. Pro quibusdam characteribus fere totus conatus asceticus consistit practice in disci-

plina linguae. Cf. Jacob., III, 1-12. Ita v.g. "toute l'ascèse féminine tient dans le silence... Mario était la toute-silencieuse". (Suppl. Vie Spirituelle, 15-8-1947, p. 200).

Silentium virtuosum ipsum est quodammodo activitas animae, et quidem activitas profunda; est quaedam forma vitae, quia informata illis altis virtutibus quae sunt vita. Illud silentium vivum plus valet quam tot verba mortua.

Favet fidei et Deo sese comunicanti per gratiam. In silentio anima vividiores conscientiam habet Dei praesentis; scit auscultare...

Favet charitati: praecavet permulta peccata quae perturbant communitates; reddit nos capaces audiendi alios patienter, benigne, comprehendendi alios ac benefaciendi aliis per vitam ordinatam et pacatam plus quam per multos discursus.

Postulatur a virtute religionis. Silentium ipsum est quasi "pulchra ceremonia". Cogita v.g. momenta profundi silentii in liturgia ordinationis, "minutam silentii" in caeremoniis civilibus...

Est exigentia humilitatis. Qui vere sese recognoscit peccatorem, creaturam indigentem, dependentem a Deo per omnia, persentit necessitatem tacendi. Homo vanus vel superbus facile loquitur opportune et importune...

Silentium est vera mortificatio, forma austeritatis christianae (Trappistae), paenitentia salutaris aptissima ad reparanda peccata curiositatis, superbiae, egoismi offendentis justitiam et charitatem.

c. Consequenter est fons meritorum. Vere habet valorem coram Deo. Et sic adagium popolare obtinet suum sensum pleniorum: "Loqui est argentum, silere aurum".

"Silentio... studebimus": est medium vitae spiritualis cujus praxis exigit applicationem seriam, conatus semper renovandos, sacrificia, frequentes paenitentias reparativas... Cela ne va pas tout seul!

"quovis tempore": silentium est regimen ordinarium, habituale nostrae vitae oblativae; interrumpitur per quasdam "recreationes". Non debemus invertere ordinem rerum!

"strictius tamen servabitur": ista regula de silentio strictiore (le "grand silence") est in usu in omnibus institutis. Interna recollectio vel charitas erga confratres magis tunc urgent. Regula respicit omnes Oblatos, etiam illos qui passim in aliena domo versantur: est enim res ordinis externi et disciplinae quotidianae.

"post completa, crastina die, pia exercitia matutina", i.e. meditationem, missam, gratiarum actionem. "Parvae horae" dicuntur generatim tardius.

"atque etiam per 3 horas pomeridianae relaxationi conterminas": sine mathematica praecisione! Et ex natura rei videtur subaudiendum: in regionibus ubi fieri solet "siesta". Quidquid sit, charitas postulat, ut confratres fatigati non turbentur per strepitum vel conversationes...

2) Determinationes particulares et practicae de silentio religioso.  
Art. 250-252.

De silentio strictiore. Art. 250.

Stante graviore prohibitione requiritur evidenter gravior ratio, ut quis rumpat silentium tunc temporis. Ad brevem communicationem licentia rationabiliter praesumi potest.

Sapiens temperamentum. Art. 251.

Non invenitur in Regula s. Alphonsi. Apud nos primo apparet additum in ms. IV (1825), a.6.

Superior semper ad servitium suorum! Quocumque tempore quis accedat, eum benigne recipiat. Qui intempestive accedit, forsitan graviter anxiatur...

Dispositio videtur posse extendi ad confessarium vel directorem conscientiae.

Ex altera parte, subditi caritate et discretione utantur...

"Loca regularia" (lieux réguliers). Art. 252.

Sunt loca quasi reservata silentio. Quod si revera ibi fideliter servatur, imprimit domui religiosae suum characterem proprium religiositatis, austeritatis, quietis, pacis, eamque distinguit ab hospicio vel diversorio (hôtel, pension de famille, home d'étudiants...).

"et triclinio": valet etiam pro jentaculo (petit déjeuner). Cf. Circul. 137 (19-3-1927), p. 20; Acta Cap. 1949, art. 34.

3) Jus et obligatio Superiorum in materia silentii. Art. 253.

Jam legitur in ms. I (1818): "Le supérieur exigera rigoureusement l'observance de cette règle." Est transductio textus italicici Regulae s. Alphonsi.

"summo jure" quo redditur verbum gallicum primitivum "rigoureusement". P. de Mazenod utitur vocabulo apparenter exaggerato, non quia res in se esset inter potissimas. Certo praxis virtutum theologiarum, religionis, justitiae etc. est excellentior et urgentior quam observatio silentii. Sed quia in vita practica, quotidiana, necessitas observandi silentium frequentius occurrit; quia in ordine externo et publico, cui praecise superiores praepriis et directe invigilare habent, est res magni momenti; quia silentium est dispositio externa et materialis et indispensabilis ad exercitium virtutum superiorum, ad totam vitam internam et vere apostolicam; quia, data fragilitate humana, nimia facilitate regula de silentio infringi solet... propterea merito insistit in observatione hujus regulae.

III. Exhortatio generalis et instantissima in favorem praxis observantiarum religiosarum. "Nota bene" post art. 253.

Textus semper idem permansit abhinc ed. Ia (1827), excepta unica correctione pure verbali facta in ed. 5a (1928).

Non invenitur in Regula s. Alphonsi. P. de Mazenod addidit hunc textum paucis annis post compositionem primae Regulae. Invenitur primitus in ms. "Honorat", in quo tamen apparet additus post primam scriptionem. Cf. editionem "Etudes Oblates", 1943, pp. [31] et notam 75.

Commentarium.

Non agitur hic de dispositione legali, disciplinari; sed de exhortatione ascetica. Apparet quam maxime indoles propria nostrae Regulae: dispositionibus legalibus admiscuntur considerationes spirituales, asceticae, quibus in lumen ponitur spiritus Regulae ejusque auctoris.

"obsecramus in Domino". Cor Fundatoris et patris anxiatur, ne sui Oblati, ex infirmitate humana, renuntient practice perfectioni sui status. Paterna insistencia et sancta quadam vehementia exhortatur Oblatos omnium temporum, ne decipiantur apparente "parvitate" harum praescriptionum. Serio recogitent sive "perpendant", ut dignoscant altas rationes harum regularum.

Subjicit autem reflexioni nostrae tres considerationes:

1. Fecunditas nostri ministerii sacerdotalis-apostolici exigit applicationem seriam et continuam ad profectum nostrum spirituale. Vita interior est anima omnis veri apostolatus.

V. Fundator experientiam amplissimam hujus legis habuit: viderat tot sacerdotes in Italia et Gallia... Cf. Praefationem!

I. Tim. IV, 16: "Attende tibi et doctrinae"... Tit. II, 7-8: "In omnibus teipsum praebe exemplum bonorum operum..."

Ministerium nostrum non est mera functio magistri, propagandistae religionis, officialis cultualis (fonctionnaire)... Sed est actio vitalis qua animae Deo generantur, nutriuntur, educantur transmittendo eis vitaliter fidem, spem, caritatem, pietatem... (Cf. epistolas s. Pauli).

Sacerdotes et apostoli sunt membra viva corporis viventis, et quidem membra eminentia quibus vita communicatur aliis membris: cf. I. Cor. XII, 4sq; 27sq.

Qui proprio profectui spirituali non ferventer incumbit, semper exponitur periculo proponendi aliis perfectionem diminutam, conformem suae propriae mediocritati... aut aliis praebet scandalum sui "illogismi" vel defectus sinceritatis... "Medice, cura teipsum!"

Praeterea, timendum ne gratia Dei, quae sola convertit animas, nobis desit vel sit minus abundans. Cf. Circul. 137 (19-3-1927), pp. 28ss; Circul. 191 (15-8-1951), pp. 17ss, 24ss.

2. Prosecutio seria nostrae vocationis impossibilis sine recursu ad observantias religiosas.

Nostra vocatio sacerdotalis-apostolica-religiosa implicat tendentiam seriam ad perfectionem christianam sive evangelicam.

Verum est hanc perfectionem consistere formaliter in exercitio magis ac magis perfecto caritatis. Verum quoque est sacerdotem et apostolum seipsum sanctificare posse et debere per ipsum ministerium sacerdotale-apostolicum: caritas enim Dei et proximi magnifice exercetur per illud. Verum adhuc est statum religiosum consistere essentialiter in tribus consiliis evangelicis votis confirmatis, ita ut observantiae religiosae (solitudo, silentium, exercitia pietatis etc) appareant relate ad perfectionem nostrae vocationis tamquam quid secundarium et instrumentale.



Attamen, fastidire vel contemnere istas observantias, eis subtrahi habitualmente, et praesertim seipsum subtrahere eis frequenter, absque motivo serio, est periculosissimum pro ipsa essentia et fine supremo nostrae vocationis.

Tendentia sincera et seria ad perfectionem non poterit diu subsistere absque auxilio externo disciplinae regularis, quae est ei sicut "medium" naturale (le milieu, le cadre naturel).

Nec activitas sacerdotalis et apostolica, ut praedicatio verbi divini, administratio sacramentorum, varia opera caritativa et socialia, exercere poterit suum influxum sanctificatricem in ipsum sacerdotem et missionarium, nisi sit ipse vivus, fervens, bene dispositus per unionem habitualement cum Deo, quam sustentant et protegunt illae observantiae religiosae.

Obligatio primaria nostri status, scilicet tendentia ad perfectionem evangelicam, facile erit platonica, illusoria, nisi concretizatur in observatione fideli ac quotidiana disciplinae religiosae, quae a mane usque ad vesperum administrat occasiones exercendi virtutes ac probandi sinceritatem nostri amoris.

Ipsi inimici Ecclesiae et status religiosi clare perspexerunt momentum observationis disciplinae regularis. WALDECK-ROUSSEAU, cui objiciebant in senatu Parisiis inefficacitatem legum contre Congregationes religiosas, respondit 20-11-1903: "Non! la loi de 1901 n'a pas été inefficace. Non! ce n'est pas en vain que certaines Congrégations ont été supprimées (i.e. vita communis impedita per dissolutionem communitatum). Oh! sans doute, elles pourront tenter, par des artifices, de se survivre pour un temps. Lorsqu'une source tarit, ses eaux continuent, pendant quelque temps, de glisser dans la plaine; mais bientôt leur courant s'affaiblit et le lit se dessèche.

Non! ce n'est pas en vain qu'une Congrégation ne peut plus ni s'affirmer, ni se recruter. Pensez-vous que les règles monastiques, si rigoureuses, aient été dictées par le seul caprice? "Sint ut sunt", formule qui revient à dire que le lien monastique ne se relâche pas sans qu'il se dénoue." (Questions actuelles, T.71, pp220s).

3. Ipsa salus propriae animae missionariorum exigit auxilium observantiarum religiosarum: "salutis propriae periculum haud dubie adituros, nisi..."

Nonne est exaggeratum? Salus animae non connectitur intrinsece cum observantiis religiosis. Tot christiani salvantur et sanctificantur sine ipsis...

Animadvertere debemus sequentia:

Permuli christiani salvantur sine illis observantiis... Utique, plus minusve laboriose, difficulter. Ecclesia aperit suis religiosis viam securiorem, magis adaptatam...

Nostra conditio non est par conditioni saecularium: nobis jam incumbit e statu nostro obligatio stricta tendendi ad perfectionem christianam, observandi consilia evangelica et speciatim castitatem perfectam - et haec postulant organizationem specialem vitae, observantias et praecautiones particulares. Unde, ea quae de se sunt accessoria et supererogatoria, pro nobis jam fiunt conditio salutis aeternae.

Experientia frequens: qui decidunt e statu superiore, profundius cadunt et difficiliter convertuntur...

Nobis incumbit ministerium sacerdotale et apostolicum extraordinarium cum suis difficultatibus particularibus: contactus intimior ac prolongatus cum peccatoribus, cum vitio sub omnibus suis formis...

Certissime tale ministerium est in se beneficum ac subministrat numerosas occasiones sanctificandi nosmetipsos.

Sed teste experientia et stante infirmitate humana, importat quoque pericula eaque gravia et nullatenus chimerica, quod negari nequit nisi quis careat sensu realitatis. Tentatio abutendi sacro ministerio ad fines egoismi velati, vanitatis, superbiae (cf. art. 292), sensualitatis, luxuriae... quasi semper urget periculum pigritiae spiritualis sub velamine activitatis apostolicae: facilius est velle convertere alios et adlaborare ad conversionem aliorum quam serio vacare propriae conversioni, correctioni suorum defectuum, progressionem in virtutibus. "La paresse des actifs"...

Nec praetermittendum periculum simplicis "oblivionis": on se perd de vue, on se néglige soi-même...

Unde veri apostoli timent de propria salute... Cf. s. Paulum, I Cor. IX, 27. s. Joannes Bosco 15-8-1869 suis religiosis, post approbationem sui Instituti: Multae animae a nobis expectant salutem; earum prima est nostra propria...

Considerationes Fundatoris valent quoque pro iis oblatis qui non occupantur missionibus, sed aliis activitatibus absorbentur, v.g. studiis... imo de fratribus laicis.

Unde, quando citius vel tardius persentimus erga vitam regularem quandam lassitudinem vel antipathiam, illamque graviter subimus ac tentamur illam fugiendi quacumque occasione, hujusmodi impressionibus minime cedendum, sed patienter, generose et lucide resistendum aestimando et amando supernaturaliter vitam regularem in nostra communitate.

Exemplum V. Fundatoris coacti sanitatis causa relinquiendi ad tempus domum suorum missionariorum. jul. 1816: "Y avez-vous bien pensé, mes bons frères, de m'en chasser si cruellement? Je suis ici comme un poisson hors de l'eau; mon unique consolation est de vous suivre dans vos pieux exercices." (Rey, I, 200). Coactus remanendi longius in domo N.D. du Laus, scripsit 9-10-1835 Patri Tempier: "Je suis dans mon centre ici sous une infinité de rapports. Je me plais beaucoup dans la régularité de nos maisons. Les exercices de piété qu'on y fait en commun sont tout à fait de mon goût, et je ne me lasse pas de les suivre avec exactitude..."

Paragraphus IIa

De oratione aliisque religionis exercitiis

Animadversiones praeviae.

1. Locus hujus materiae in ordine generali nostrae Regulae.

Jam a tempore ms. "Honorat" et ms. II, efformat paragraphum 2am hujus capituli II. V. supra p. 2.

In ms. I (1818) ponitur in cap. I tanquam paragraphus 5a "De la prière et des exercices de piété". V. supra p. 2.

In Regula s. Alphonsi invenitur in cap. II ibique efformat paragr. 2 "De l'oraison et des exercices d'humilité". V. supra p. 2.

2. Titulus hujus paragraphi.

Titulus latinus semper idem permansit abhinc Ia editione (1827).

Titulus gallicus legitur in ms. I (1818): "De la prière et des exercices de piété". Et sic in ms. II, in ms. "Honorat" et ms. III.

In ms. IV (textus gallicus definitivus, 1825): "De la prière et des autres exercices de piété."

3. Materia hujus paragraphi.

Agitur de exercitiis quae magis directe et positive referuntur ad ipsam vitam spiritualem sive unionem filialem cum Deo.

Et quidem de exercitiis magis personalibus et propriis, adaptatis religionis destinatis apostolatui oblato.

De exercitiis liturgicis sive ordinis publici (horae canonicae, vita sacramentalis) questio est suis locis.

N.B. In ms. I (1818), P. de Mazenod, sequendo Regulam s. Alphonsi, primo ponit dispositionem relative ad psalmodiam horarum canonicarum in choro.

Sequitur dispositio de cantu Vesperarum diebus dominicis et festivis, de missa solemni in festis solemnioribus; de cantu Missarum de Requiem; prohibitio acceptandi legata ad celebrandas perpetuo Missas de Requiem (nunc art. 168). Cf. Missions, 1951, p. 60s.

Item in ms. "Honorat". Cf. édition des Etudes Oblates, 1943, p. [32].

In ms. II istae dispositiones cancellantur sive expunguntur a Fundatore, et in ms. IV (textus gallicus definitivus) omittuntur definitive et suis locis reponuntur.

4. Mentes juniorum disponendae relate ad exercitia pietatis Oblatis proposita.

Vocabulum communiter adhibitum, "exercitia spiritualia" vel "exercitia pietatis", facile evocat apud juniores ideam seriei exercitiorum quae extrinsecus imponuntur, artificiose et perdocte composita, genus quoddam disciplinae spiritualis: une sorte de dressage spirituel...

Videant in eis potius manifestationes illius novae vitae cui nos devovet professio religiosa, vitae scilicet filiorum Dei ac cultus filialis Dei in unione cum CHRISTO JESU, "Primo Religioso Patris".

Baptismus initiatur hanc novam vitam eique nos dedicat; professio religiosa hanc consecrationem confirmat et urget, nomine Ecclesiae.

Ista vita cultus filialis Dei postulat animam religiosam, mentalitatem religiosam, quemdam statum religiositatis (un état d'esprit de religiosité), quo anima est habitualiter disposita ad orationem, vivit in desiderio habituali orationis ex quodam instinctu conservationis et augmenti (croissance). Quo fit, ut anima, tempore orationis, non indiget creare quodammodo artificiose dispositionem specialem, extraordinariam, differentem a modo habituali se gerendi. Incipiendo suam orationem aliosve actus pietatis nihil facit quam continuare in linea sui status habitualis; eaque finiendo permanet in suo statu habituali religiositatis, cultus filialis Dei.

Ut quis progrediatur in hoc statu habituali cultus filialis Dei, necesse est ut frequenter et convenienter exerceatur; ut manifestationes suae novae vitae sapienter dirigantur secundum experientiam Sanctorum, secundum doctrinam ab Ecclesia probatam, eo vel magis quod nova vita non est pure individualis, sed socialis (baptizati = membra viva Corporis Christi).

Vita naturalis, tum corporalis, tum intellectualis, moralis et artistica, ut plene et convenienter crescat, exigit exercitationes multiplices et ordinatas (le sport). Est ordo divinitus stabilitus...

Ita etiam in vita spirituali, teste s. Paulo, I Tim. IV, 7sq: "Exerce autem teipsum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est; pietas autem ad omnia utilis est..." Sese exerceat ad servitium filiale Dei, sicut alii sese exercent ad gymnasticam, ad artem vel scientiam, ita ut in isto servitio magis ac magis dynamicè, promptius, firmiter, fidelius procedat.

S. Thomas commentatur: "Dicit: 'Exerce', non 'fac'; quia exercitium dicit promptitudinem; et hoc ideo, quia exercitatus facit levius, delectabilius et stabilius."

In vita spirituali sumus semper tirones (des apprentis), qui indigent exercitatione ordinata. Velle se gerere secundum libidinem sive phantasiam vel inspirationem suam, periculosissimum...

Spiritus proprius Fundatoris et suae Congregationis potissimum exprimitur in ordinatione exercitiorum pietatis.

Pietatem liturgicam fervide excoluit jam ut juvenis laicus... Liturgiam romanam ardentè promovit tum in sua Congregatione, tum in dioecesi Massiliensi... Cf. Baffie, Esprit et vertus, ch. X, pp. 256s.

Attamen, sacerdos factus et tota anima missionarius populi, noluit nec pro seipso, nec pro suis missionariis, pietatem pure liturgicam, spiritualitatem "benedictinam". Suae pietati liturgicae admiscentur exercitia magis particularia, personalia (oratio mentalis, examina conscientiae...), humiles preces matutinae et vespertinae in lingua vulgari, sicut in familiis nostris, devotiones populares erga Ss. Cor JESU, B.M.V....

Episcopus factus, defendit quaedam devotiones et usus particulares suae dioecesis et Galliae contra exigentias nimis radicales "archeologismi" liturgici. Cf. Rey, II, p. 162ss; Baffie, l.c.

Hac in re spiritualitas Fundatoris et Congregationis est omnino conformis tum traditioni catholicae: pleraque exercitia nostra, quo ad substantiam saltem, sunt intime connexa cum vita spirituali ab antiquissimis temporibus (oratio mentalis, examen conscientiae, lectio divina...), quamvis eorum organizatio, prout sat generaliter adhuc viget, praecipue abhinc saeculo XV effecta est, et quidem a Sanctis in hac materia maxime peritis, praesertim a SS. Ignatio, Theresia, Joanne a Cruce, Francisco Salesio, Vincentio a Paulo, Alphonso...

tum doctrinae, instructionibus et consiliis Ss. Pontificum, v.g. Pii XII, Encycl. "Mediator Dei et hominum" de sacra Liturgia, 20-11-1947, Ia pars (novae theoriae de pietate "objectiva"; necessitas pietatis "subjectivae" seu "personalis"; pietas privata juvat ad progressum cultus publici; commendantur oratio mentalis, examina conscientiae, spiritualia exercitia: Acta A.S. 1947, pp532ss; 542sq; 545sq; Document. Cath. 15-2-1948, col.204ss);

Pii XI: "Ce serait une exagération inadmissible et une grave erreur théologique de rejeter les dévotions privées sous prétexte d'esprit liturgique et de fidélité plus grande à la piété de l'Eglise... Condamner les dévotions privées, ce n'est pas seulement méconnaître le principe vital de l'Eglise, c'est encore méconnaître son coeur de Mère. C'est une des choses les plus admirables qui soient, que la largeur d'esprit et la bonté maternelle avec lesquelles l'Eglise traite ses enfants. Les dévotions sont la traduction populaire de la liturgie. C'est la liturgie mise à la portée des humbles... Ce serait une arrogance insupportable de critiquer ce que l'Eglise approuve, ce qu'elle conseille, ce qu'elle propage... Il ne faut pas dire 'ce qu'elle tolère', car, dans le mot de 'tolérance', il y a le concept d'un mal qu'on laisse passer, parce qu'on ne peut pas faire autrement..." (Cf. Frey, Conseils sur la formation eccl., 2e éd. Rome, 1937, pp28s).

A) Exercitium vitale quotidianum Oblatorum: oratio mentalis. Art. 254.

Textus.

Est articulus primus ed. Iae (1827), qui immutatus servatus est per omnes editiones usque adhuc.

Est translatio in linguam latinam textus primitivi in manuscriptis gallicis, exceptis paucissimis mutationibus mere materialibus. Textum ms. I (1818), v. in Missions, 1951, p. 61; textum ms. "Honorat", v. in ed. Etudes Oblates, 1943, p. [33].

Fontes.

Regula s. Alphonsi in unico articulo II<sup>o</sup> et uno tractu proponit omnia exercitia quotidiana. Cf. Cosentino, c.c., p. 101.

P. de Mazenod eam sequitur in plerisque, et generatim fere litteraliter. Circa orationem mentalem, s. Alphonsus eam suis praescribit tribus temporibus faciendam, per semihoram singulis vicibus: mane et vespere in communi, per diem private in cellis. Cetera servantur a P. de Mazenod, et quidem ad litteram.

Commentarium.

a) Oblati orationi mentali dediti: "Orationi mentali... vacabitur" in domibus nostris.

Est quasi institutio cujusque domus oblativae, qua habet suam physionomiam, ut scilicet sit "domus orationis", quod non fit nisi omnes inhabitantes partem habeant in oratione: Patres, fratres scolastici, fratres laici.

Et quidem non transeunter, semel vel iterum, sed habitualiter, ita ut sint vere dediti orationi mentali: "vacare" = s'adonner, se livrer, donner son temps... Est occupatio quae urget quotidie, imo bis in die... sicut refectio corporalis.

Et quidem vera "oratio mentalis", illa scilicet pia mentis elevatio ad Deum quae, secus ac oratio vocalis, interius absolvitur per facultates internas, praecipue per intellectum et maxime per voluntatem amantem actibus virtutum theologiarum (quibus adnectuntur admiratio, gaudium, gratiarum actio...), virtutis religionis aliarumque virtutum moralium (humilitatis, paenitentiae, contritionis, resolutiones novae vitae...).

Ratione illius "interioritatis", oratio mentalis magis realizat notas characteristicas orationis christianae sive evangelicae, ut scilicet sit magis personalis, verior, intimior, filialis, amicalis. Cf. S. Teresia Abul., Vita, c. VIII: "L'oraison mentale n'est autre chose qu'une amitié divine, un entretien fréquent, seul à seul, avec Celui dont nous nous savons aimés."

Oratio mentalis sic evadit quasi communio spiritualis prolongata et intensior cujusque diei, amicitia cum CHRISTO-JESU "in actu secundo", unio cum Deo actuata saltem per semi-horam.

Est proinde multo plus quam simplex "exercitium" pietatis, punctum quoddam disciplinae regularis. Ce n'est plus "une question de temps passé à genoux en vains efforts pour trouver quelque chose à dire. Elle devient une prise de conscience plus ou moins continuelle de la présence de JESUS vivant en nous, de JESUS croissant en nous, de JESUS nous modelant par sa Providence selon les désirs de son Coeur." (Boylard, Les étapes de l'oraison mentale. Paris, Alsatia, 1949, p. 121).

Exinde habetur maxima flexibilitas (souplesse), varietas et relativa facilitas orationis mentalis: adaptari potest variis et mutabilibus conditionibus personarum, laboris, temporis, loci...

Exinde apparet quoque ejus influxus salutaris: est vere "aqua vivens" (S. Teresia) refrigeratoria, nutriens, vivificans, et quidem

tum propriam vitam spiritualem (vitia corrigenda; virtutes excolendae, praesertim virtutes theologicae, religio, devotio: cf. 2.2.q.82, a. 3);

tum nostram activitatem sacerdotalem et apostolicam: cf. P. Albini, Notes de retraite, no 7: "Un prêtre exact à faire oraison fera plus dans un quart d'heure qu'en dix ans; et la raison, c'est que le Saint-Esprit est l'auteur du bien..." (cit. "Missions", juin 1936, p. 313s).

Pius X, Exhortatio "Haerent animo" ad Clerum Cath. 4-8-1908: Acta Sanctae Sedis, vol. 41 (1908), p. 565-569; Doc. Cath. 18-1-1936, col. 171-173.

Pius XII, Exhortatio apostolica "Menti nostrae" 23-9-1950, I p.: "C'est pourquoi on doit affirmer très justement qu'aucun autre moyen de sanctification ne possède l'efficacité particulière de la méditation, et que la pratique quotidienne de cette dernière est absolument irremplaçable."

Unde Ecclesia eam urget pro omnibus clericis: can. 125, 2°; et pro omnibus religiosis: can. 595, §1, 2°;

et Capitula generalia et Superiores generales pro omnibus Oblatis: v.g. Circul. 191 (15-8-1951), p.33s; Cap.gen. 1953: circul. 203 (8-12-1953), p.15.

b) Circumstantiae extrinsecae sive modalitates orationis mentalis apud Oblatos.

1) "Orationi mentali in communi... vacabitur".

In quibusdam institutis, v.g. in Societate Jesu, fit privatim in cella. P. de Mazenod voluit suos fraterne unitos praesertim in oratione. Est benedictio et promissio particularis CHRISTI pro oratione communi: cf. Matth. XVIII, 19-20. Oratio mentalis est unio vitalis in actu secundo cum CHRISTO, capite, et in Eo cum ceteris membris Corporis mystici (cf. precem "O JESU vivens in Maria"); jamvero ista unio sensibiliter et efficacius exprimitur per orationem in communi.

2) "bis in die": est valde conforme necessitatibus animae nostrae... quamvis in quibusdam institutis una tantum fit oratio in die, saepe per horam integram...

3) "mane post orationem vocalem per horae dodrantem" (dodrans = 9/12 sive 3/4).

In Cap. Generali 1837 Mgr de Mazenod explicavit requiri dodrantem pro ipsa meditatione independentem ab oratione vocali. Sed mos praevaluit includere preces matutinas; et Cap. gen. 1867 exigit horae dodrantem pro oratione vocali et mentali simul.

Meditatio matutina non fit necessario coram Ssmo Sacramento; fieri potest in oratorio dicto "salle des exercices", sicut de facto fuit in initio.

Preces matutinae: in usu seminarii S. Sulpitii, ex operibus D. Olier, fundatoris societatis et seminarii S. Sulpitii, + 1657. Cf. Olier, Opera omnia, ed. Migne, 1856, col. 171-173.

Utrum liceat substituere precibus matutinis et vespertinis recitationem horarum canonicarum: v. in fine.

4) "vespere in ecclesia coram ss. Sacramento": V. Fundator ab initio proposuit hanc orationem vespertinam uti affectuosam visitationem CHRISTI eucharistici. Cf. textum ms. I (1818): "et le soir, autour de l'autel, en guise de visite au très saint Sacrement, pendant une demi-heure". Et ipse in sua correspondentia frequenter inibi insistebat, v.g. epistola 10-9-1856 ad P. Delpeuch, sup. domus Talence: "Je regarde comme indispensable de ménager une chapelle intérieure où puisse reposer le T.S. Sacrement. Notre oraison du soir doit essentiellement être faite en la présence de N.S. Il faut avoir la facilité de visiter souvent N.S. dans la journée; ce qui ne peut pas se faire quand on est obligé de se transporter dans une église publique."

Vigilandum, ne oratio mentalis vespertina plus aequo impediatur precibus vocalibus aliisque pietatis exercitiis (benedictio Ss. Sacramenti). Cf. Circul. 181 (1-11-1947), p. 22; Acta Cap. 1949, art. 37.

Aliunde tamen ipsa benedictio Ss. Sacramenti ("salut du T.S. Sacrement") non excludit possibilitatem faciendi suo modo orationem mentalem. Cf. Vie Spirit., sept. 1939, p. 228ss.

c) Objectum pretiosissimum orationis nostrae.

Sicut in regula s. Alphonsi.

Virtutes theologicae. Non tam sint objectum "quod" sive materia de qua altas speculationes habeamus; sed potius objectum "quo" sub cuius lumine omnia considerantur, sub cuius penetrante influxu crescimus et vivimus. Unde oratio nostra sit quasi perfusa actibus ferventibus fidei, spei et charitatis, quibus formaliter unimur Deo.

Virtutes theologicae sunt praecipue illa "maxima et pretiosa" dona quibus partem habemus in vita et activitate intima Dei (II Petr. I, 4), quibus cognoscimus, diligimus et vivimus sicut CHRISTUS suo modo videt, audit, diligit, vivit apud Patrem.

Virtutes D.N.J.C. i.e. virtutes concrete expressae in persona, vita et activitate CHRISTI, vel melius ipse J.C. amabilis, misericors, suavis, humilis, pauper, castus, obediens... docens, curans infirmos, patiens, moriens, resuscitans... praesens suae Ecclesiae, vivens in suis Sanctis, in fidelibus... Textus ms. I (1818): "On fera spécialement les méditations sur les vertus théologiques, sur la vie et les vertus de N.S. J.-C."

Pius XII, Exhortatio ap. "Menti nostrae" 23-9-1950, I p. (Doc. Cath. 22-10-1950, col. 1357).

His duobus objectis facile alia eaque variissima connecti possunt: veritates revelatae, praecepta, consilia, ... veritates de se naturales (mirabilia creationis, eventus historici...); vita, virtutes, munus B.M.V. et Sanctorum...

Haec omnia hauriuntur praecipue ex S. Scriptura et e libris liturgicis (Missali, Breviario...), qui sunt "libri meditationis" divinitus praeparati.

d) Radiatio sive diffusio orationis per vitam nostram: "quas membra Societatis nostrae debent in semetipsis ad vivum exprimere..."

Oratio non sit factum quoddam singulare et separatum diei cuiusque; sed redundet in vitam nostram quotidianam, in actionem, in activitatem sanctificatricem et apostolicam. Quod optime exprimitur in "methodo S. Sulpitii" ("Ecole française"); oratio mentalis = unio cum J.C. in suis dispositionibus progrediens per tria momenta. Volens v.g. meditari de humilitate CHRISTI: 1° adoratio contemplativa sive "JESUS ante oculos" (cogito de ejus vita humili: son incarnation, ses paroles, ses actions, les sentiments de son coeur... Et quidem haec video, de his cogito oculis cordis, scilicet amanter, admirando, adorando, laudando, gaudendo vel compatiendo...); 2° communio sive "JESUS in corde" (cogitando de mea indigentia spirituali, de meis vitiis, de necessitate sequendi CHRISTUM ut digne vivam vera vita christiana, religiosa, sacerdotali, apostolica, attraho EUM ad me cum suis dispositionibus et virtutibus per desiderium, supplicationem...); 3° cooperatio sive "JESUS in manibus" (sollicitudo ut dispositiones et virtutes J.C. pertranseant in meam vitam quotidianam per resolutionem sinceram et efficacem...) Cf. Tanqueray, Précis de Théol. asc. et mystique, 9e éd., no 697 ss.

"et quolibet mense peculiarem hujus divini Exemplaris virtutem sibi eligent, ut nodo perfectiori...", secundum Regulam et methodum s. Alphonsi.

Non necesse, ut quolibet mense alia ac diversa virtus eligatur; nec ut



eadem specifice et exclusive servetur per mensem integrum... Saepesaepius eadem virtus utiliter consideratur per tempus plus minusve longum, variando aspectus, applicationes, motiva in ejus exercitatione; vel considerando alia objecta sub lumine et "praeoccupatione" virtutis principalis...

In hac re abstinendum ab omni processu servili et mathematico... Ratio tenenda verae necessitatis animae et motionis gratiae. Consilium v. Fundatoris, post s. Alphonsum, eo tendit, ut a nobis avertat periculum cujusdam "pigritiae spiritualis", ne vacando exercitiis spiritualibus tempus teramus in generalitatibus, in abstracto et confuso (dans le flou, vapoureux), vel quasi vagi ubique erremus...

"Easdem etiam virtutes sibi proponent in examine particulari et spiritualibus collationibus" (i.e. non solum in capitulo culparum, art. 270, sed etiam in aliis conferentiis spiritualibus, quatenus unusquisque eas sibi, suo particulari conatui spirituali applicet. Etiam istae collationes spirituales non debent manere in generalitatum confusione; sed semper attendant ad nostrum progressum in virtutibus CHRISTI: "induere CHRISTUM", "sentire quod et in CHRISTO-JESU").

In oratione mentali, prout P. de Mazenod voluit eam pro seipso et pro suis Oblatis, praecipue apparent notae characteristicae suae et nostrae "spiritualitatis": est theocentrica, christocentrica et ascetica.

B) Cetera exercitia spiritualia quotidiana. Art. 255-260.

1. Lectio divina sive studium s. Litterarum. Art. 255.

Historia textus.

Ista dispositio non invenitur in Regula s. Alphonsi, nec in ms. I (1818) nostrae Regulae.

Sed jam in ms. II v. Fundator addidit, post articulum praecedentem, hanc notam marginalem: "il est prescrit à chaque membre de l'Institut d'étudier tous les jours la sainte Ecriture."

In ms. IV (textus gallicus definitivus) definitive recipitur tamquam art. 2, et exinde transit in editiones latinas: "Omnibus sodalibus quotidianum praescribitur sacrarum litterarum studium."

In ed. 5a (1928) additur praecisio "sacerdotio insignitis, vel ad illud destinatis".

Commentarium.

"Omnibus sodalibus... praescribitur sacrarum Litterarum studium."  
Sacra Scriptura, i.e. verbum Dei, una e duabus tabulis ab ipso Deo praeparatis (Eucharistia et Scriptura), fons praecipuus nostrae fidei, nostrae theologiae, nostrae orationis et totius nostrae vitae spiritualis ac nostri ministerii sacerdotalis-apostolici (sumus missi ad "evangelizandum", ad verbum Dei annuntiandum); liber antiquorum temporum, servans tamen semper suam novitatem et actualitatem, transcendens omnes limites temporum, locorum, civilizationum.

Mirum esse necessarium nobis "praescribere" lectionem studiosam hujus libri... Eam nobis praescribunt, sicut Deus Ipse dedit praeceptum charitatis et praeceptum recipiendi s. Eucharistiam...

Traditio monastica et clericalis antiquissima ostendit momentum ejus. Item, exemplum Sanctorum, imo etiam sanctarum feminarum...

Summi Pontifices vehementer insistunt in fideli ac studiosa lectione S. Scripturae, v.g. Pius X, Exhortatio ad clerum cath. "Haerent animo", 4-8-1908: cf. Acta S.S., 41 (1908), p. 569sq; Doc. Cath. 18-1-1936, col. 173s;

Pius XII, Encycl. "Divino afflante Spiritu" 30-9-1943: cf. Acta A.S., 35 (1943), p. 297sq.

"Omnibus sodalibus sacerdotio insignitis, vel... praescribitur": omnes, sive novitii, sive scholastici, sive sacerdotes cujusvis muneris: professores, missionarii, oekonomi... tum in terra christiana, tum in novis ecclesiis fundandis, omnes indigent isto alimento verbi divini...

"Omnibus sodalibus sacerdotio insignitis, vel ad illud destinatis praescribitur..." Fratribus laicis proinde non praescribitur. Attamen, etsi isti non indigeant studio scientifico S. Scripturae, egent vero lectione pia et seria librorum sacrarum sub una vel alia forma. Nonne plus valet quam tot lectiones spirituales? Hodie fovetur omni modo lectio sacrarum Litterarum inter fideles laicos, a fortiori promoveri debet inter religiosos!

Cura spiritualis exigit, ut fratres nostros praeparemus et adjuvemus ad talem lectionem, ut melius et plenius cognoscant verbum Dei, eoque vivant.

"praescribitur sacrarum Litterarum studium": ergo non simplex lectio, plus minusve superficialis, titulo curiositatis vel formalitatis implendae causa. Sed verum studium: conatus, labor renovatus ad penetrandum, assimilandum verbum divinum...

Non quidem profanum, mere philologicum vel criticum aut historicum, sed pium, ordinatum scilicet ad vitam spiritualem, tum propriam tum aliorum. Spiritus Sanctus inspiravit libros sacros ad salutem populi Dei...

Neque obliviscamur nostram vocationem missionariam: sit proinde studium practicum, intuitu scilicet ministerii evangelizationis... Cf. Ami du Clergé, 5-12-1946, p. 120s: Comment Bossuet lisait la Bible.

Praeter studium proprie dictum commendant merito lectionem continuam totius Scripturae de die in diem. Ea absoluta iterum incipitur... Sic cuique familiaris redditur tota Scriptura, apparet ejus unitas atque connexio vitalis totius operis divini redemptionis...

"quotidianum praescribitur sacrarum Litterarum studium": anima quotidie indiget suo alimento spirituali, sicut oratione, missa, commu-  
nione quotidianis.

Unde Cap. gen. 1953 non acquievit suggestioni organizandi studium S. Scripturae et lectionem spiritualem secundum "rhythum hebdomadariam": cf. Circul. 203 (8-12-1953), p. 14.

Lex scripta non determinat durationem; ex usu tamen ad minus horae quadrans insumendum est.

In scolasteriis auditio lectionum scolarum ac studium praecedens vel subsequens computari possunt ad legem implendam.

2) Lectio spiritualis. Art. 256.

Ita jam in ms. I (1818): "On fera pareillement, dans la journée, une demi-heure de lecture spirituelle", prout legerat P. de Mazenod in Regula s. Alphonsi, qui tamen addiderat "in privato".

In ed. 2a (1853) addiderunt "omnes" attendant.

Commentarium.

"lectioni spirituali attendant", i.e. lectio quae alio nostram vitam spiritualem in ordine ad propriam nostram sanctificationem progressivam; lectio quae eo tendit ut possimus nosmetipsi vivere spiritualiter, et non praecise ut possimus docte loqui de rebus spiritualibus, quamvis indirecte proficere possit ac debeat etiam nostro ministerio in favorem aliorum.

Non agitur proinde de lectione librorum vel periodicorum qui proprie ordinantur ad studium scientificum vel "technicum" theologiae, spiritualitatis vel apostolatus; quamvis etiam libri theologici optime inservire possunt lectioni spirituali, v.g. quaedam opera s. Thomae vel partes eorum. Omnia pendunt a modo et spiritu quo leguntur...

Seligantur libri prudenter: in tanta profusione librorum seligendi illi qui sunt veri valoris, probati, adaptati nostrae vocationi nostraeque conditioni. Libri "classici", a Sanctis conscripti vel universaliter recepti in Ecclesia non negligendi: sub forma forsitan antiquata latet substantia viva, semper actualis... Plus valent quam tot libri "secundae vel tertiae manus". Utiliter variantur libri theoretici (ascetici) et practici (hagiographici).

Regula nobis imponit veram lectionem (une lecture), non meditationem sive orationem... Utique lectionem vere humanam, intelligentem qua quis recogitat ea quae legit, eaque sibi applicat (approfondir et prolonger la pensée de l'auteur... lire la plume à la main). Haec sola lectio alio animam.

Unde Regula dicit "attendant": s'appliquer à, se livrer ou se consacrer à la lecture spirituelle, excludens proinde lectionem superficiale, distractionis causa (pour passer son temps) volitando ad modum papilionis...

Necessitas lectionis spiritualis: non possumus trahere omnia e proprio fonte; esset cito siccitas! Necessè quotidie renovandi et complendi nostram scientiam de rebus divinis...

Verum est ipsum Spiritum Sanctum nos docere, Eum esse magistrum internum... Sed utitur normaliter concursu causarum secundarum: Ejus gratia invisibilis frequentissime transit per gratiam visibilem. Quot conversiones et vocationes suscitatae per lectionem boni libri (S. Ignatius de Loyola) vel per auditionem contionis...

Anima vivit de verbo Dei. Illud haurit e Sacra Scriptura, e Traditione Ecclesiae, e scriptis et vita Sanctorum ac auctorum ab Ecclesia probatis...

Lectio spiritualis praeparat a longe materiam orationis mentalis, praedicationis verbi divini, directionis animarum. Necessè est, ut possimus haurire de thesauro abundante rebus optimis...

N.B. "Lectio spirituali praevia erit lectio unius vel alterius paginae Constitutionum". Cap. gen. 1867; Acta Cap. 1949, art. 39.

3) Exercitia devotionis erga Christum eucharisticum et B.M. Virginem.  
Art. 257-258.

Haec duo inseparabiliter conjunguntur in vita pietatis cleri catholici: cf. can. 125, 2<sup>o</sup>; 592; Pius XII, Exhortatio apost. "Menti nostrae" 29-9-1950, Ia p. (Doc. Cath. 22-10-1950, col. 1358), et speciatim in pietate v. Fundatoris nostri.

Textus.

Ms. I (1818) valde breviter dicit: "On fera pareillement, dans la journée, une demi-heure de lecture spirituelle, la visite au très saint Sacrement et à la sainte Vierge, à laquelle ils feront tous profession d'avoir une dévotion spéciale et une grande tendresse.

Ils diront à cet effet chaque jour le chapelet."

P. de Mazenod in hoc manifeste secutus est Regulam s. Alphonsi, traducens eam e lingua italiana. Cf. Cosentino, o.c. I, p. 101.

V. Fundator noster progressive ampliavit textum eique suam propriam formam dedit.

Ms. "Honorat": "6. On fera pareillement dans la journée une demi-heure de lecture spirituelle.

7. La visite au très St Sacrement et à Ste Vierge à laquelle les Missionnaires feront tous profession d'avoir une dévotion particulière et un grand amour.

8. Ils diront tous les jours le chapelet pour donner à leur bonne mère une marque sincère de leur tendre attachement."

Ms. II: Art. 3. On fera pareillement, ... lecture spirituelle.

Art. 4. On fera aussi au moins une visite au St-Sacrement et à la sainte Vierge, à laquelle les missionnaires auront tous une dévotion particulière et qu'ils regarderont toujours comme leur mère.

Art. 5. Ils diront tous les jours le chapelet, et ils ne négligeront rien pour porter les fidèles à avoir la plus grande dévotion et la plus entière confiance à cette Vierge Immaculée, la très sainte Mère de Dieu.

Ms. V (Ia versio manuscripta latina, 1825): "Art. 4. Semel saltem in die Christum Dominum invisent adoraturi. Visitationis causa ad imaginem quoque vel aras B. Virginis se conferent, dulcemque Mariam peculiaris...

Art. 5. Ideo quotidie coronam Virginis recitabunt. Omnem navabunt operam quo populi immaculatam sanctissimamque Deiparam ferventius fiducialiusque colant."

Commentarium.

1) Visitatio Ss. Sacramenti: "Christum Dominum invisent adoraturi".

"CHRISTUM Dominum", le Seigneur JESUS, primum Religiosum Patris, Summa ac Aeternum Sacerdotalem, a Patre missum qui ipse vocat et mittit omnes apostolos, praecipuum Congregationis Institutorem (art. 287) ac primum Superiorem cujusque domus oblativae... Tantum interest Oblatis, ut servant et renovent contactum cum Eo!...

Et quidem specialissime in isto sacramento Eucharistiae, memoriali vivo ac permanente actus supremi nostri Religiosi, Sacerdotis et Redemptoris, cujus

opus nobis commissum est continuendum inter populos...

In vita spirituali, sacerdotali et apostolica Fundatoris nostri cultus CHRISTI eucharistici locum tenuit eminentem, omnino characteristicum...

"invisent" (invisere = aller voir, rendre visite): actus divinae amicitiae, amoris particularis animae christianae, sacerdotalis, religiosae, apostolicae. Unde nullus "formalismus" nec tritus usus (routine) quo aliquis mere intendit satisfacere programmati habituali...

Exemplar istius "visitationis" poterit esse Jo. I, 35-40 (Andreas et Joannes sequuntur JESUM) vel JESUS descendens apud Zachaeum aut hospitans in domo Marthae et Mariae...

Maxima varietas in modo peragendi visitationem: continuare meditationem matutinam... colloquium familiare cum CHRISTO de nostris difficultatibus, de nostro ministerio, de animabus nobis commissis... recitare lente litanias Ss. Nominis, Ss. Cordis,... vel partem Rosarii meditando familiariter mysteria CHRISTI in unione cum B.M.V.... legere in praesentia divini Magistri paginam Evangelii, praesertim s. Joannis, vel imitationis D.N.J.C. ... renovare suas intentiones et resolutiones...

"adoraturi": nostra visitatio sit semper obsequium, veneratio, cultus impensus Magistro et Domino nostro, quod exprimitur ipso corporis habitu tamquam signo interioris reverentiae...

"semel saltem in die": est pars regiminis quotidiani animae sacerdotalis, religiosae et apostolicae. Eucharistia = signum praesentiae permanentis CHRISTI; visitatio quotidiana sit signum voluntatis qua Ei volumus esse permanentiter praesentes...

"Semel saltem": sunt tot occasiones per diem faciendi visitationes brevioris temporis...

Fructus visitationis: nostra transformatio progressiva in JESUM X.: "Hoc enim sentite in vobis, quod et in CHRISTO JESU"; "Vivo jam non ego: vivit vero in me. CHRISTUS".

## 2. Visitatio facienda Beatae Virgini (257,b).

Hic quoque maxima libertas nobis relinquitur circa modum faciendi hanc visitationem: orationes vocales, ut hymni, litaniae, pars alicujus officii B.M.V., recitatio coronae supplementariae, consecratio... vel oratio mentalis... Cor nostrum loquatur! Oblatus M.I. semper habebit aliquid dicendum Matri Immaculatae... Imo quandoque sufficere potest mera praesentia affectuosa.

"ad imaginem quoque vel aram B.V. sese conferent": quamvis pietas erga B.M.V. possit esse mere interna, Regula autem hic praescribit exercitium quoddam externum et quasi publicum, et quidem utiliter...

"Sit manifestatio peculiaris devotionis erga Mariam Matrem": "ils s'attacheront à la douce Marie par l'affection d'une dévotion toute particulière et la regarderont toujours comme leur Mère."

"prosequentur": prosequi = poursuivre ou accompagner quelqu'un assidûment, s'attacher à quelqu'un...

"devotionis affectu": affectus = affectio vel motus sive actus animae, tum partis sensibilis, tum voluntatis.

Devotio sumenda in sensu theologico stricto (prompta voluntas se devovendi totaliter servitio sive cultui divino (2.2. q.82, a.1): la volonté qui se donne, se voue, se consacre à l'honneur et au service de Notre-Dame. Unde longe abest, ut sit res sensibilitatis!

Ista "devotio" essentialis sese manifestare potest variis "devotionibus" accidentalibus, i.e. exercitiis sive praxibus pietatis marialis (preces, visitatio imaginis, peregrinationes, scapularia...); sed praesertim per integram vitam marialem. Oblatus B.M.V. hoc practice exsequitur perficiendo omnes suas activitates:

per Mariam: magis ac magis explicite implorando per Mariam Mediatricem universalem omnes gratias quibus agimus salutariter;

cum Maria: considerando eam uti exemplar in omni bono agendo ("Exemplar totius perfectionis immaculatum"), et quidem ut exemplar vivum quocum semper debemus esse uniti mente et corde, ut et nos continuemus opus incarnationis redemptricis in nobis et circa nos ("cum Maria Matre JESU");

in Maria: conscientiam nostrae dependentiae ab ejus maternitate spirituali, manentes sub ejus influxu, exsequentes fideliter consilia maternae ejus misericordiae.

"ac in Matrem semper habebunt": Oblati speciali modo venerentur spiritualement maternitatem B.M.V., habeant conscientiam vividiorum suam vitam christianam, religiosam, sacerdotalem et apostolicam dependere a munere materno V. Mariae. Sunt ex iis "qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati" et verissime etiam ex Maria Matre Immaculata.

Relinquentes suas familias terrenas, assumpti sunt in familia spirituali cujus Patrona et Mater est Virgo-Mater Immaculata.

Fiducia filialis v. Fundatoris aliorumque Oblatorum: v. narrationem mortis P. HONORAT (1862) apud Rambert, I, p. 405; Notices nécrol., I, p. 75.

Excolentes hanc particularem devotionem in nostra vita personali simul adimplemus finem proprium Congregationis: art. 10.

### 3. Recitatio coronae Virginis. Art. 258, a.

Rosarium est exercitium orale simul et contemplativum, quasi scola praeparatoria ad contemplationem.

Ratione contemplationis praecipuorum mysteriorum Incarnationis et Redemptionis ordinatur simul ad D.N.J.C. et ad B.M.V. Ejus objectum videtur esse unio intima B.M.V. cum CHRISTO in ejus mysteriis. Quo fit ut Rosarium optime conveniat religioso-sacerdoti-apostolo. Et intelligitur, cur Ecclesia ejus recitationem consiliatur, imo eam praescribat clericis et religiosis: can. 125, 2<sup>o</sup>; 512; 595; Pius XII, Exhortatio ap. "Menti nostrae" 23-9-1950, Ia p. (Doc. Cath. 22-10-1950, col. 1358).

Praxis recitandi Rosarium apud nos. Sex decades, secundum usum D. Olier. Primitus omnes sex decades suum habebant mysterium meditandum, scilicet 4<sup>o</sup> loco

ponebatur respective "Quem ab Angelis, a pastoribus et a Magis adorari vidisti" - "Qui pro nobis opprobriis saturatus est" - "Qui sedet ad dexteram Patris". Ita in "Manuel de Prières", ed. Ia (1865); ed. 2a (1881).

Iste modus ordinandi mysteria abrogatus est, et jam sequimur modum communem Ecclesiae. Et additur 6a decas sine enuntiatione mysterii, pro benefactoribus defunctis, cum Ps. "De profundis" et litaniiis. Ita in Cap. gen. 1893: cf. circul. 56 (26-3-1894), p. 38.

Praedictae litaniae fuerunt olim patronorum locorum quos Oblati evangelizaverant. Sollicitudo P. de Mazenod de hac praxi: cf. litt. 9-12-1825 ad P. Tempier: "Faites recueillir exactement les noms des lieux où nous avons fait mission, et que l'on compose des litanies bien exactes. Qu'il soit ensuite bien réglé que jamais missionnaire ne se dispense de les dire chaque jour. Il est des pratiques qui doivent caractériser les Sociétés..." Item litt. 6-8-1829 ad P. Tempier.

Unaquaeque domus, et postea (Cap. gen. 1850) unaquaeque provincia debebat habere suas litanias proprias.

Uniformitatis causa Cap. gen. 1867, sess. 12, extendebat ad omnes domus Congregationis litanias quae in usu erant in domo generali.

Denique Cap. gen. 1920 eis substituebat litanias s. Joseph. Cf. Acta Cap. 1949, art. 40; Circul. 126 (9-11-1920), t.3, p. 392sq. Servando sensum primitivum istius praxis, commendamus custodiam sancti Joseph omnia loca omnesque fideles quos Oblati evangelizaverunt.

Corona Virginis generatim in communi recitabatur. Cf. art. 78; 778; Circul. 191 (15-8-1951), p. 82; circul. 203 (8-12-1953), p. 14sq.

#### 4. Apostolatus marialis. Art. 258, b.

Hujusmodi apostolatus marialis enumeratur inter finis sive opera propria Congregationis: art. 10. Hic commendatur tamquam manifestatio devotionis personalis peculiaris. Haec enim, si est sincera et viva, non potest non sese manifestare per actionem apostolicam sub una vel altera forma. Cf. Acta Cap. 1949, art. 42; Circul. 191 (15-8-1951), p. 50sq; 76sq.

Media actionis apostolicae: exemplum propriae vitae marialis intensae, praedicatio, actio individualis in confessionali et in directione spirituali, scripta... Cf. Circul. 191, p. 78sq.

Nostra "Associatio missionaria Mariae Immaculatae". Cf. Circul. 182 (25-11-1948); Circul. 191, p. 85sq.

#### N.B. 1. Alia testimonia devotionis oblaticae erga Virginem Immaculatam.

(1) Jejunia praeparatoria ad festa praecipua B.M.V. Cf. art. 264.

(2) Celebratio festorum B.M.V.

Usque ad annum 1914 habuimus 18 festa propria B.M.V., quorum 10 immobilia, scilicet Desponsatio B.M.V., Commemoratio solemnis Immaculatae Conceptionis (17 Febr.), B.M.V. de Bono Consilio, Auxilium Christianorum, B.M.V. omnium gratiarum, Humilitas B.M.V., Refugium peccatorum, Mater divini Pastoris, Translatio almae domus, Exspectatio partus B.M.V.; et 8 mobilia: B.M.V. de Misericordia, B.M.V. de Succursu, Purissimi Cordis, Maternitas B.M.V., Puritas B.M.V., B.M.V. de suffragio, Patrocinium B.M.V.

Abhinc 1914, consequenter ad reformationem kalendarii liturgici, pleraque

suppressa sunt, etiam officium Commemorationis solemnis Conceptionis Immaculatae (17 Februarii) concessa solummodo unica missa votiva sollemni Immaculatae Conceptionis; officium fuit nobis postea iterum restitutum.

Hodie 5 festa propria: Translatio almae Domus B.M.V., Commemoratio sollemnis Conceptionis Immaculatae 17 febr., B.M.V. de Misericordia, B.M.V. Mediatricis, Manifestatio B.M.V.I. a Sacro Numismate.

Quasi festum menstruale: unica Missa de Immaculato Corde B.M.V. primo sabbato cujuscumque mensis. Cf. Circul. 181 (1-11-1947), p. 29.

(3) Preces novendiales praeparatoriae ad festum Immaculatae Conceptionis. Jam a longo tempore in usu, certo tempore V. Fundatoris. Cf. Manuel de Prières, I.éd. (1865), Circul. 191 (15-8-1951), p. 83.

(4) Antiphona "Tota pulchra es, Maria" recitanda quotidie post Completorium in memoriam definitionis dogmatis Immaculatae Conceptionis. (Cap. gen. 1856; 1867). Cf. Acta Cap. 1949, art. 20.

(5) Consecratio Congregationis B.M.V. Immaculatae: quotannis bis renovanda, 8 dec. et 17 feb. (Cap. gen. 1920; Acta Cap. 1949, art. 41); Circul. 126(9-11-1920).

(6) Scapularia Immaculatae Conceptionis: scapulare album, proprium Congregationis (v. infra art. 744); facultas benedicendi et imponendi scapulare caeruleum (v. Manuel de Prières, ed. 6a, p.241ss); item scapulare Cordis Immaculati B.M.V. (v. Circul. 129 1-3-1922, p.5s; Manuel de Prières, 6a ed., p. 257ss). Cf. Circul. 191 (15-8-1951), p. 53ss; p. 82; p. 83ss.

(7) Nostra salutatio oblativa "L.J.C. et M.I." Cf. Commentar, Ia pars, p. 15; Circul. 191 (15-8-1951), p. 83; Circul. 202 (1-11-1953), p. 15s.

(8) Devotio mariana promovenda in sanctuariis B.M.V. nobis commissis. Cf. Circul. 191, p. 81.

N.B. 2. Apparet pauca esse exercitia particularia quae omnibus Oblatis imponuntur vi Constitutionum. Magna libertas relinquitur gratiae personali cujusque.

Attamen, secundum spiritualitatem v. Fundatoris et traditionem constantem Congregationis specialissime commendatur devotio erga Ss. COR JESU, colendum tum exercitiis communibus, tum personalibus.

Locus devotionis erga Ss. COR JESU in vita v. Fundatoris: Cf. Baffie, Esprit et vertus, ch.VII.

In vita et ministerio Congregationis: exercitia in ecclesia "Missionis" statim ab initio; item in missionibus praedicandis; Montmartre! scapulare Ss. Cordis, quod simul est scapulare Matri Misericordiae, committitur Congregationi per dæcr. 4-4-1900 et 19-5-1900: Cf. Circul. 73 (27-8-1900); Circul. 185 (24-6-1949); Manuel de Prières, ed. 6a, p. 232ss;

Consecratio Ss. CORDI JESU facta in fine Cap. gen. 1873 et quotannis renovanda die ultima exercitiorum annuorum: Acta Cap. 1949, art. 46; pia exercitia in prima feria sexta cujusque mensis: ibid., art. 46. Circul. 164 (19-3-1939), p. 31s.



4) Examina conscientiae. Art. 259.

Textus

Ms. I (1818): "Ils feront tous, deux fois par jour, l'examen de conscience en commun, c'est-à-dire le matin avant le dîner et le soir avant de s'aller coucher."

V. Fundator legerat hoc in Regula italiana s. Alphonsi, ad litteram.

Editiones latinae 1a, 2a, 3a et 4a: "Missionarii, mane ante prandium..."

Ed. 5a (1928): "Sodales omnes, mane ante prandium..."

Commentarium.

Ex jure communi (can. 125, 2<sup>o</sup>; 592) imponitur omnibus clericis et religiosis examen conscientiae sine ulteriore praecisione.

a) "Sodales omnes": sacerdotes, fratres scolastici et laici, novitii. Omnes indigent isto exercitio durante tota vita. Fuit semper in usu, sub una vel altera forma, apud omnes qui aliquantulum curant de sua vita spirituali. Commendatum jam a sapientibus paganis. Cf. Theologiam spiritualem. Propositiones damnatae Quietistarum: Molinos 1687, prop. 8, 9, 10, 11, 58.

b) Examen particulare: "mane ante prandium".

Commendatum praesertim a s. Ignatio...

Incipit a lectione Novi Testamenti. Usus valde antiquus apud nos: P. de Mazenod ejus mentionem facit in actu visitationis domus N.D. du Laus 1828. Cf. Cir. adm. p. 311.

Nostra spiritualitas evangelica et apostolica, cujus fons praecipuus est Novum Testamentum! ad illum semper redeundum.

Recitatio "Veni, Sancte Spiritus". Cognitio suiipsius est gratia enixe imploranda! S. Augustinus: "Domine JESU, noverim me, noverim Te." I Cor. II, 10sq: "Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei..." et profunda hominis! "Spiritus veritatis", et ille solus, liberabit nos a tot illusionibus circa nos...

Ipsam examen per 5 circiter minutes (Cap. gen. 1837 et 1867). Non sit mera et mathematica computatio peccatorum vel negligentiarum. Sed habeatur ut exercitium sive medium vitae et progressus spiritualis, quasi directio spiritualis personalis qua quis sese revocat ad seipsum et ad Deum, ne seipsum effugiat paulatim nec defluat sensim in mediocritatem vel teporem (nous perdre de vue, nous laisser aller à la dérive).

Unde substantia reducitur ad haec:

- Quid de me in hoc determinato puncto? Quomodo me gerebam abhinc heri? Fecine conatus? vel ad inertiam devolvi (me suis-je laisser aller)?...
- Deo gratias... vel contritio...
- Reincipio! Praevideo occasiones... Revoco et recogito motiva exercendi talem virtutem vel corrigendi talem defectum...

Circa electionem materiae (praesertim defectus characteris! neutralizandi per virtutes contrarias) ejusque ordinationem practicam, vide v.g. Saudreau, Probations sur diverses vertus; Beaudenom, Pratique progressive de la confession et de la direction. ed. 5, T.2, p. 62ss; p. 338ss.

Speciatim circa humilitatem: Tanqueray, Précis de Théol. asc. et myst., no 1130ss.

Oratio "O Domina mea" (attribuitur S. Aloisio Gonzagae in Collect. authentica "Preces et pia opera indulgentiis ditata", ed. 1938, no 313): Maria, Mater Jesu Christi remanet semper Mater-educatrix filiorum Dei et praesertim suorum Oblatorum...

Litaniae Congregationis. Invocationes ad sanctos protectores, cooperatores in opere Redemptionis, ad sanctos missionarios: cooperatio fratrum nostrorum de terra ad opus sanctificationis nostrae et apostolatus nostri saepesaepius deficit; cooperatio fratrum sororumque de caelis nunquam deficit.

Supplicationes inspirationis sacerdotalis-apostolicae: omnes intentiones majores sacerdotis-missionarii exprimuntur.

Substantia harum litaniarum videntur originem repetere a primis jam temporibus Congregationis. P. de Mazenod earum mentionem facit in litteris Julii 1816 ad P. Tempier, petens ab eo ut invocationi pristinae "Christe Sacerdos" substituatur haec nova "Christe Salvator, audi nos". Cf. Rey, I, 200; Rambert, I, 190.

V. etiam ep. 9-7-1853 ad P. Mouchette, Moderatorem: "Il faudrait que chacun sût par cœur les prières qu'on récite dans la Congrégation, spécialement celles qui se récitent après l'examen, parce que je tiens beaucoup à ce qu'on ne manque jamais de les faire quelque part où l'on puisse se trouver, en voyage ou autrement.

Ces prières, les litanies comprises, sont particulières à notre Société; elles sont distinctives et comme un point d'union entre tous les membres de la famille."

Invocationes "Regina Congregationis nostrae" et "Sancta Theresia a Jesu-Infante" interpositae sunt a Cap. gen. 1938: Cf. Circul. 164 (19-3-1939), p. 33.

Supplicatio "Pro Patre nostro Generali" inserta est per v. Fundatorem, lit. 20-5-1821. Generalatu vacante supplenda est per "Pro Patre nostro Vicaria Generali" (Cap. gen. 1898: Acta Capé 1949, art. 38).

c) Examen generale quotidianum: "vespere antequam lectulum petant".

Primitus istud examen cum sequenti actu contritionis factum est in choro reservato communitati vel in oratorio interiore; postea communitas pergebat ad ecclesiam, ubi simul cum fidelibus absolvebant orationem serotinam incipiendo a formula "Benedicta sit sancta et individua Trinitas". V. Manuel de Prières usque ad ed. 4am (1913) incl.

Ostendit momentum quod P. de Mazenod attribuebat huic examini generali.

5) Exercitia religiosa in fine diei. Art. 260.

Textus.

In textu italiano Regulae s. Alphonsi P. de Mazenod legerat: "l'examen du soir fini, on récitera les litanies de la Vierge et on prendra la bénédiction du Supérieur."

In ms. I (1818): "Après la prière du soir, on recevra la bénédiction du supérieur."

In ms. "Honorat": Idem textus, cui tamen posterius addita sunt haec "et on s'accusera des fautes de la journée", quae definitive recipiuntur in ms. IV (textus gallicus definitivus). Item textus in ms. V (Prima versio latina), qui recipitur in Ia ed. impressa (1827).

Ed. 2a (1853) addit in fine "et in cellas recedent, crastinae diei meditationem paraturi".

Ed. 5a (1928) expresse specificavit "culpas contra Constitutiones", prout jam antea interpretabatur et in usu erat.

#### Commentarium.

a) Oratio serotina: preces populares, in familiis recitatae cum variis additamentis. Quidam eas attribuunt D. Fénelon (cf. Etudes Oblates, 1950, p. 165, nota); certo tamen eis successive quaedam addiderunt.

Oratio ad s. Joseph quae sequitur orationem B.M.V. post ejus litanias inserta fuit per Cap. gen. 1837.

Cap. gen. 1920 imposuit mentionem Cardinalis Protectoris, si actu habetur; nominandus est statim post memoriam Ss. D.N. Papae.

Quoad antiphonam "Salve Regina", Cap. gen. 1826 ita decrevit: "Dans chacune de nos maisons on récitera tous les jours à la suite de la prière du soir le Salve Regina pour le Pape Léon XII, notre insigne Protecteur, et, après son décès, au lieu de cette prière, on célébrera le jour anniversaire de sa mort un service solennel à perpétuité dans la maison où réside le Supérieur général." Posterius praedicta antiphona recitabatur in Domo generali ad obtinendam benedictionem divinam missionibus quae ubique terrarum fierent per Oblatos ac pro necessitatibus generalibus Congregationis; in aliis domibus pro ministeriis apostolicis respectivae provinciae et pro intentionibus particularibus nobis commendatis. Cf. Manuel de Prières, ed. 6, p. 104s.

Preces fuerunt aptius dispositae et aliquantulum abbreviatae in ed. 5a (1929) libri "Manuel de Prières". Cap. gen. 1947 postulavit, ut praepararetur nova revisio. Cf. Circul. 181 (1-11-1947), p. 28s. Nova versio ad libitum, experimenti causa.

Oratio serotina generatim sat molesta et laboriosa... Reagendum contra lassitudinem et somnum... Ultimus actus nostri diei, saltem vitae nostrae communis, publicae, sit actus religiosus, actus cultus divini!

#### b) Benedictio Superioris.

Est benedictio patrisfamilias accipienda cum spiritu fidei... Jus impertiendi hanc benedictionem vespertinam communitati reservatur personaliter patrifamilias, i.e. Superiori, sive immediato, scilicet Superiori locali, cui assimilatur Director residentiae (art. 605) et Magister novitiorum Superiore absente (cf. art. 607, 608, 610), sive mediato, scilicet Provinciali in omnibus domibus suae provinciae (art. 545) et Superiori generali in omnibus domibus Congregationis.

Praesente autem Episcopo, consuetudo fert ut Superiores ei cedant locum.

#### c) Accusatio culparum contra Constitutiones.

Fit solummodo Superiori locali personaliter; ei tamen assimilatur Magister novitiorum (art. 608).

Agitur solum de accusanda culpa externa contra Constitutiones, quatenus scilicet fuit vera transgressio juridica Regularum... Accusatio ista est quaedam reparatio ordinis externi laesi (nostrae Constitutiones = leges Ecclesiae, utique leges particulares!), favet disciplinae servandae, format ad fidelitatem, obedientiam, humilitatem.

In magnis communitatibus non est necesse, ut quotidie fiat accusatio ab omnibus et singulis...

Non reservatur novitiis, scolasticis, fratribus laicis... Fiat saltem, si fuit transgressio gravior, publica, cum scandalo...

d) Praeparatio meditationis.

Nonne convenit praeparare illam magnam "communionem spiritualem" crastinae diei? Unusquisque sciat saltem de qua re meditaturus est... fecundet jam animam quibusdam ideis ac affectibus... "Facienti quod in se est, Deus non denegat gratiam": valet etiam de oratione!

C) Exercitia religiosa menstrua et annua. Art. 261.

Textus.

Ms. I (1818): "Chaque année, chacun fera dix jours de retraite dans une parfaite solitude et dans un rigoureux silence, et l'on fera pareillement, chaque mois, un jour de retraite."

Est ad litteram transductio textus italici Regulae s. Alphonsi, 2 P, c.II, §2, art. III. Cf. Cosentino, o.c., p. 101.

Ms. "Honorat": 11. On fera une fois par mois un jour de retraite; et tous les ans chacun fera huit jours de retraite dans une parfaite solitude et dans un rigoureux silence."

Et posterius additum est: "12. Si quelque Missionnaire n'était pas présent à ces exercices il y suppléera en particulier le plus tôt possible." Cf. éd. des Etudes Oblates, 1943, p. [33].

Ms. IV (textus gallicus definitivus): "Art. 8. On fera, une fois par mois, un jour de retraite et tous les ans chacun fera au moins 8 jours de retraite dans une parfaite solitude et un rigoureux silence, si légitimement empêché il n'a pas pu assister à la retraite générale de 8 jours qui se fait chaque année dans toutes nos maisons."

Ms. V (prima transductio latina), art. 8: est transductio latina istius textus omisso tamen illo "au moins".

Textus latinus servatur per omnes editiones, addita solum in ed. 5a (1928) praecisione "in omni Societatis domo vel provincia".

Commentarium.

1) Recollectio menstrua.

In usu est in Institutis religiosis, etiam contemplativis; imo apud permultos sacerdotes saeculares. Est moraliter necessaria ad perseverantiam et progressum in vita spirituali: periculum ne inter varias res et activitates quae sese consequuntur absque interruptione nobismetipsis effugiamus ac paulatim in mediocritatem et tepiditatem devolvamur. Omnes indigemus frequentius per annum resumere vires, expurgisci iterum excitando teporem, medendo oblivioni... Unde ista recollectio aestimanda et serio volenda; reagentium contra naturalem repugnantiam et taedium...

"Spiritualibus exercitiis": sit revera recollectio spiritualis, vacandum serio suae propriae vitae spirituali... Cf. Acta Cap. 1949, art. 37; Circul. 181 (1-11-1947), p. 22s.

In vigilia, post orationem serotinam recitatio hymni "Veni Creator Spiritus". Integrum officium divinum in communi; item Virginis corona; collatio spiritualis; instructio vel saltem meditatio supplementaria; recogitatio seria de statu conscientiae...

Benedictio Ss. Sacramenti ordinata sicut in diebus exercitiorum annuorum. (ps. "Miserere" etc.).

"cujuscumque mensis diem unam": videtur posse interpretari moraliter, ita ut possit haberi ratio incidentiae alicujus festi praeparandi per recollectionem (v.g. diei 17 februarii).

N.B. Novitii et Scolastici acquirere possunt, die recollectionis menstruae, unam indulgentiam plenariam dante Magistro novitiorum vel Moderatore Oblatorum benedictionem papalem cum crucifixo. Cf. Manuel de Prières, Appendice, Sommaire des Indulgences, No 9, p. 320; P. Sckett, Privilegia O.M.I., 1955, no 9.

## 2) Exercitia spiritualia annua.

Obligatio existens jam e jure communi (can. 595, §1), urgetur pro nobis, cum in casu impossibilitatis temporariae Oblatus non dispensetur ab eis, sed teneatur supplere, et rigore!

Documenta pontificia de utilitate, modo etc exercitiorum spiritualium: Pius XI, Constit. ap. "Summorum Pontificum" 25-7-1922; A.A.S. 1922, p. 420sq.; Id., Ep. ap. "Meditantibus Nobis" 3-12-1922, A.A.S. 1922, p. 629sq; Id., Litt. Encycl. "Mens nostra" 20-12-1929; A.A.S. 1929, p. 689-706; Doc. Cath. 11-1-1930, col. 67-79; Pius XII, Exhort. Ap. "Menti nostrae" 25-9-1950, Ia pars (in fine): Doc. Cath. 22-10-1950, col. 1359sq.

Epocha exercitiorum spiritualium: primitus a die 23 oct. ad 1 nov., in memoriam exercitiorum quae praecedebant primam emissionem generalem votorum 1-11-1818. Ita disposuit Cap. gen. 1837: "Dans toutes les maisons de la Congrégation on commencera le 23 octobre au soir la retraite annuelle, qui durera jusqu'au jour de la Toussaint".

Cap. gen. 1867 renovavit hanc dispositionem, relinquendo tamen Superioribus possibilitatem eligendi tempus aptius (sess. 12).

Domus generalis continuat istam traditionem. Praescriptio generalis jam non amplius habetur. Cf. Manuel de Prières, ed. 6a, p. 152.

Duratio: "octo per dies". Nunc jam usus fert, ut computentur dies inceptionis et conclusionis, ita ut sint 6 dies integri. Capitula gen. 1932 et 1938 insistebant in observatione hujus dispositionis et reagebant contra tententiam abbreviandi durationem. Cf. Circul. 181 (1-11-1947), p. 23; Acta Cap. 1949, art. 43.

Praedicatores exercitiorum: sint normaliter Oblati; extranei nisi exceptionaliter, "raro vel in casu necessitatis". Ita Cap. gen. 1938 et 1953: cf. Circul. 164 (19-3-1939), p. 21s; Circul. 203 (8-12-1953), p. 13s.

Zelus sacerdotalis nonne proficere debet imprimis fratribus nostris, "domesticis fidei"? Necessitas sese praeparandi ad istud ministerium intellectualiter et moraliter, ut simus apti proponendi confratribus perfectionem nostri status cum convictione, auctoritate et utilitate.

Lectiones faciendae durantibus exercitiis in refectorio: Acta Capitulum gen. Litterae circul. Superiorum gen., vita et scripta v. Fundatoris,

acta visitationum. Cf. Cap. gen. 1867, sess. 14; Circul. 128 (13-4-1921), p. 53; Circul. 181 (1-11-47), p. 23; Acta Cap. 1949, art. 44.

Renovatio votorum: bis per annum, scilicet die 17 febr. et in fine exercitiorum ann. Cap. gen. 1826 decreverat memoriam sollemnem approbationis Instituti 17 febr. Cap. gen. 1867, sess. 12 determinavit ordinem caeremoniae renovationis diei 17-11 secundum modum renovationis sollemnis diei 13 julii 1826 in oratorio domus Calvariae Massiliis. Cf. Rey, I, 456.

Renovanda consecratio Congregationis Ss. Cordi JESU in fine exercitiorum: Cap. gen. 1873, Cf. Acta Cap. 1949, art. 46.

#### D) Commendatio finalis et generalis. Art. 262.

##### Textus.

Primo apparet in ms. "Honorat", ubi tamen posterius additus est: "Si quelque Missionnaire n'était pas présent à ces exercices il y suppléera en particulier le plutôt possible." Cf. ed. "Etudes Oblates, 1943, p. [33]

Ms. IV (textus gallicus definitivus): "Art. 9. On s'appliquera de même à tous les autres exercices communs auxquels on n'aurait pas pu assister."

Ms. V (primus textus latinus: "Art. 9. Pariter qui in communi cetera exercitia non adimplevit, illa private absolvet."

Transit postea in omnes editiones latinas: ed. 5a (1928): "privatim".

##### Commentarium.

Articulus urget fidelitatem his exercitiis religiosis eorumque characterem personalem: si quis non potuit eis assistere cum communitate, non est eo ipso exemptus, sed supplere debet.

Sumus religiosi, sacerdotes et missionarii. Unde exercitia religiosa sunt pro nobis quasi activitates "professionales".

Non convenit proinde ea relegare a priori ad ultimum locum, quasi omnia alia praecedere possint ac postea, si adhuc tempus est, sequantur oratio, lectio sacra aliaque exercitia pietatis...

Ista, ex natura sua sunt media proportionata operi supernaturali quod nobis incumbit, scilicet Regno Dei promovendo in nobis et extra nos. Non sunt concipienda ut mera exercitia legalia - "réglementaires" - vel exercitia disciplinae monasticae; sed ante omnia ut actus virtutis religionis, illius justitiae eminentis hominis ad Deum, et ut nostrae vitae divinae filialis. Cf. supra, p. 92, 93.

Consequenter merentur, in ordine intentionis sive aestimationis, locum eminentem; quamvis in ordine executionis aliquoties locum cedere debeant aliis occupationibus pro tempore urgentioribus. Oblati sapienter ordinent suam vitam quotidianam, secundum Regulam quae eis praescribit exercitia pietatis... secus facile eveniet, ut sensim fiant a-religiosi.

Cf. Mgr de Mazenod, actus visitationis N.D. de l'Osier, 2-8-1836, p. 7s: "... le service extérieur de doit jamais détourner la communauté de ses exercices de règle qui doivent passer avant tout dans l'affection comme dans la pratique de chaque sujet de notre Institut. - D'après ces principes qui découlent de l'esprit propre de notre Congrégation et qui doivent par conséquent être adoptés par tous les membres de la Société, on ne sera pas surpris que

nous n'ayons pas pu approuver que l'on eut supprimé le dimanche tout exercice commun pour se livrer sans partage au service extérieur."  
T.R.P. Deschâtelets, Circul. 201 (1-5-1953), p. 42-46.

N.B. Substituere precibus matutinis et serotinis recitationem horarum  
canonicarum?

Non licet modo generali et habituali. Cf. Acta Cap., ed. 1949,  
art. 36; Circul. 181 (1-11-1947), p. 20-21; Circul. 203 (8-12-1953), p. 14.

Congregatio habet suum spiritum proprium, cujus manifestatio apparet  
speciatim in ordinatione exercitiorum pietatis. Cf. Ia pars, p. 5; 2a pars,  
p. 93.

Hujusmodi exercitia sunt partes integrantes organismi viventis (ensem-  
ble vivant d'un idéal religieux). Nequeunt permutari sicut permutantur  
elementa alicujus machinae vel suppellectilis sive vestimenta...

Caeterum, omnes formae et formulae pietatis longo usu generant quoddam  
fastidium ac exponuntur periculo eviscerationis... ipsum breviarium, imo  
et ipsa missa. Ea permutare materialiter eis substituendo alias formulas,  
non multum inserviet.

Majoris momenti est, ut conemur penetrare earum substantiam vivam...  
et praesertim renovare nosmetipsos quotidie in fide, spe et charitate, ut  
sic praecaveamus senium spirituale, quod multo periculosius est quam  
vetustas formarum externarum pietatis.

Cf. Pius XII:

"Que dans les communautés de religieux tout ce que leurs  
propres Constitutions ont établi en cette matière soit observé soigneusement,  
et qu'on n'introduise pas de nouveautés que les supérieurs n'aient préalà-  
blement approuvées." Encycl. "Mediator Dei et hominum" (20-11-1947), 2a pars  
§2 (in fine).

Paragraphus IIIa

De mortificatione et corporis afflictationibus

Animadversiones praeviae.

1. Locus hujus materiae, in ordine generali nostrae Regulae.

Jam in ms. "Honorat" et ms. II efformat paragraphum Jam hujus ca-  
pitis II. V. supra p. 3, p. 111.

In ms. I (1818) invenitur in cap. II tanquam § 2a. V. supra p. 2.

In Regula s. Alphonsi invenitur in cap. III ibique efformat § 2am.

2. Titulus hujus paragraphi.

Titulus gallicus abhinc ms. I (1818): "De la mortification et des  
pénitences corporelles", sicut in Regula s. Alphonsi ("Delle Mortificazione  
e Penitenze corporali").

Titulus latinus semper idem abhinc ed. Ia (1827).

### 3. Materia hujus paragraphi.

Cum Regula non sit tractatus systematicus ascetismi, agit unice de mortificatione christiana in nostra vita propria Missionariorum Oblatorum M.I. transmittendo dispositiones practicas.

A) Magna lex mortificationis apostolicae adoptanda. Art. 263.

B) Praecisiones particulares circa poenitentias corporales. Art. 264-269.

A) Magna lex mortificationis apostolicae adoptanda. Art. 263.

#### Textus.

Jam invenitur ad litteram in ed. Ia (1827), art. I, qui est versio latina textus respectivi in ms. I (1818). V. ed. Missions, 1951, p. 64.

Hunc textum gallicum ms. I P. de Mazenod traduxit e textu italico Regulae s. Alphonsi. V. Cosentino, o.c. I, p. 104.

#### Commentarium.

1) Motivum unicum nobis proponitur, desumptum ex ipsa nostra vocatione: fecunditas nostri apostolatus. Respicit omnes Oblatos: omnes sunt suo modo "operarii evangelici". Cf. art. I. Et omnes prae corde habere debent, ut "uberes e ministerio suo fructus reportent". Jo. XII, 16.

In praesenti ordine Providentiae redemptio non perficitur nisi per passionem et crucem Christi: "Sine sanguinis effusione non fit remissio".

Mysterium redemptionis continuatur in hac eadem linea. Adimpletur per applicationem meritorum et satisfactionum CHRISTI mediante ministerio Ecclesiae exercito praecipue per ejus sacerdotes et apostolos ex officio, et quidem semper, secundum exemplar CHRISTI, per passionem et crucem. Cf. Coloss, I, 24, 25, 29; II Cor. IV, 10-12. Redempti vivunt de morte CHRISTI... et quodammodo etiam de morte sanctorum, sacerdotum et apostolorum quos Ipse sibi sociavit in opere redemptionis.

Et non est mirum! Sacerdotium nostrum et apostolatus noster non sunt nisi participatio sacerdotii et apostolatus CHRISTI: "Sicut misit me Pater, et Ego mitto vos"... "Sacerdos, alter CHRISTUS". Ego, pauperculus homo, sacerdos "secundum ordinem CHRISTI". Ejus sacerdotium et apostolatus proinde accipienda sunt cum sua nota propria passionis et crucis...

Ista lex valet quoque nostris temporibus. Nihil immutatum in ordine redemptionis et salutis ac sacerdotii CHRISTI! Mortificatio christiana est reactio necessaria contra materializationem progressivam et invasionem naturalismi; est sacrificium nostrum pro redemptione mundi praesentis nobis commissi, pro salute contemporaneorum nostrorum, une action communautaire par excellence: quaesitio egoistica delectationis, proprii commodi nocet harmoniae, aequilibrio corporis mystici, dum mortificatio illa restaurat. Est cooperatio corporis in ministerio: notre corps est le premier co-équipier de l'âme... Cf. Circul. 191 (15-8-1951), p. 35sq.

N.B. Caetera motiva mortificationis christianae servant suum valorem etiam pro Oblatis: mortificatio est opus reeducationis (redressement) intuitu vitae vere humanae, dignae, progressivae; sine illa nulla vita spiritualis seria et speciatim nulla vita orationis profunda...



2) Unde patet momentum sive pars facienda mortificationi in nostra vita oblativa: "Christi mortificationem summo pretio habeant, illamque quasi jugiter in suo corpore circumferant". Longe abest, ut sit quid accessorium, transitorium in nostra vita, relinquendum novitiatibus et scholasteriis, Quasi signat existentiam nostram (marque tout notre être), eique imprimi notam propriam discipulorum Christi, notam evangelicam: cf. Matth. XVI, 24.

3) Formae generales mortificationis nostrae:

"cupiditatibus coercendis, propriae voluntati abnegandae, gloriari in infirmitatibus, in contumeliis, in persecutionibus..."

Ut apparet, P. Fundator eas non quaerit a longe; nihil extraordinarii proponit. Sed eas memorat quae se offerunt in vita quotidiana, quae sunt inevitabiles in omni vita vere sacerdotali-apostolica, quae sunt omnium temporum.

Talis mortificatio se praesentat sub tot formis diversis, afficit omnes facultates, internas et externas, complectitur mortificationes libere electas et patienter acceptatas.

"cupiditatibus coercendis... sedulo incumbent": maîtriser, refréner les passions, les ramener à l'obéissance... Est prima mortificatio et indispensabilis. Sibi persuadere nos posse absque detrimento sequi nostram naturam secundum omnes ejus tendentias natives, est illusio periculosá. Cf. Ephes. II, 1-3. Periclitatur nostrum ministerium sacerdotale-apostolicum. Cf. Marc, IV, 7, 18-19: "... les soucis de ce monde, la séduction de la richesse et les autres convoitises pénètrent en eux et étouffent la Parole, qui devient stérile."

"propriaeque voluntati in omnibus abnegandae". Longe abest, ut voluntas nostra sit radicaliter rectificata, quaerens sincere, pure et super omnia gloriam Dei divinamque voluntatem. Quot illusiones adhuc!... Voluntas propria toties corrumpit opera Dei; apostolatam, suffodit Ecclesiae hierarchiam. Nihil remanet nisi serio purificare voluntatem propriam per renuntiationes necessarias...

Multo minus ac caeteris licet nobis sacerdotibus-apostolis-religiosis quaerere nostram voluntatem ac gloriam. Cf. exemplar CHRISTI.

"sedulo incumbent": non sufficit scabere paululum in superficie (gratter un peu à la surface). Sed serio, assidue, firmiter insistendum tamquam in re quam nobis sincere proponimus absolvendam. Mirum est quam facile tunc invenimus occasiones varias mortificandi nostras passiones et voluntatem propriam.

"atque apostolicis inhaerentes vestigiis": marchant sur les traces des Apôtres. Cf. Actus Ap., IV, 41; I Cor. IV, 9-14; II Cor. XI, 23-33, XII, 1-10.

"gloriabuntur in infirmitatibus, in contumeliis..." Resumit verba s. Pauli, II Cor. XII, 5, 9, 10. Haec omnia expertus est P. Fundator omnesque ministri CHRISTI. De his gloriantur, non quasi insensibiles, sed scientes eo potentius tunc operari gratiam, secundum illud "infirma mundi elegit, ut fortia confunderet". Gloria propria CHRISTI ejusque discipulorum non est, ut e medio tollant crucem, sed ut cruce utantur tamquam instrumento redemptionis.

"pro CHRISTO": hoc summe importat. Tout est là! Est nota specifica, excellentia et efficacitas propriae mortificationis apostolicae. Sustinemus malum, non ut stoici, sed ut discipuli Christi, in unione cum Christo Redemptore-Sacerdote. Unde necessitas meditandi frequentius de ejus passione (oratio, mysteria dolorosa rosarii, via crucis...)

B) Praecisiones particulares circa mortificationes corporales. Art. 264-269.

Mortificatio christiana-apostolica implicat hujusmodi mortificationes corporales. Unde et istae suum locum habent in vita Oblatorum. Aliunde, cum sint externae, speciali ordinatione indigent.

Regula s. Alphonsi de his mortificationibus corporalibus unicum articulum habet: "III. Relativement aux pénitences corporelles, ils jeûneront toutes les vigiles de la Ste Vierge; pendant l'Avent et la neuvaine du St-Esprit ils mangeront du laitage, et la réfection du soir sera plus copieuse que les jours de jeûne de l'Eglise..."

I) Jejunium regulare apud Oblatos. Art. 264-266.

Etiam haec forma mortificationis christianae proponitur missionariis Oblatis: "Itaque jejunabunt". Est enim utilissima, imo moraliter necessaria ad cupiditates cœrendas, ad voluntatem in exercitio virtutum firmandam, ad mentem elevandam, ad gratias merendas... Ad daemonum fugandum, conversiones difficiles obtinendas, recurrant ad jejunium. Cf. S.Scripturam, Liturgiam (Praefationem Quadragesimae), Asceticam.

Capitula generalia et Superiores generales pluries insistebant in observatione jejunii regularis, v.g. Acta Cap. 1873 et 1920, art. 51: "invigilent Superiores ut, extra casum verae necessitatis, singulis feriis sextis aliisque diebus in Constitutionibus designatis, fideliter servetur jejunium a Regula praescriptum." Circul. 128 (13-4-1921), p. 44 (T.III, p. 401).

Limitationes circa jejunium ecclesiasticum (can. 1254, §2) per se non attingunt religiosos: can. 1253. Unde: "Omnes sodales, sive novitii sive Oblati, cujusque aetatis jejunio a Regula indicto adstringuntur, a quo tamen... Acta Cap. 1949, art. 50.

a) Dies jejunii regularis. Art. 264.

Dispositio invenitur maxima ex parte jam in ed. Ia (1827): v. textum in ed. Missions, 1951, p. 74.

Imo jam in ms. I (1818: v. textum in ed. Missions, 1951, p. 64. Videbis ibi primitus fuisse indictum jejunium etiam pro vigiliis S. Vincentii a Paulo et B. Alphonsi Mariae de Liguori: fuerunt enim tunc patroni Societatis. Cf. Ia p., p. 16.

Additiones et suppressiones successivae. Praecipue: in ed. 2a (1853) addiderunt vigiliis Ss. Cordis Jesu et suppresserunt vigiliis S. Alphonsi (S. Vincentii jam in ms. IV seu in textu gallico definitivo); in ed. 4a (1910) addiderunt inter dies exceptas "et sollemnioribus festis Ecclesiae et Congregationis"; in ed. 5a (1928) enumeraverunt nominatim festa B. Mariae Virginis, jam indicata in Cap. gen. 1831 et 1867 (sess. 6a).

Apparet differentia cum regula s. Alphonsi: v. supra. Sed non obliviscendum tempore s. Alphonsi dies jejunii et abstinentiae e jure communi vel regionali fuere numerosiores.

b) Modus servandi jejunium regulare. Art. 265-266.

1. Pro ordinariis diebus jejunii nihil determinatur nisi circa "coenulam" ("a collation du soir). Art. 265.

Ita jam in ed. Ia (1827), imo in ms. I (1818), secundum Regulam s. Alphonsi (v. supra). Etiam in ordinibus jejunium monasticum est minus severum ac jejunium eccl. Et Ecclesia sancit has dispositiones Constitutionum. Cf. can. 1253.

Pro caeteris quae attinent ad modum servandi jejunium, videtur nos posse sequi directionem can. 1251.

2. Pro Feria VIa in Parasceve. Art. 266.

Dispositio invenitur jam in ms. I (1818). Textus latinus numquam variavit abhinc Ia ed. In Regula s. Alphonsi nihil de hoc.

"unico panis frustulo constabit coemula": quod non excludit aliquod liquidi.

"ad coenam sufficient jusculum et panis": tale jusculum poterit esse substantialior pro circumstantia...

Quoad jentaculum, nihil determinatur. Usus ut sumatur quid liquidi cum pane.

N.B. 1. Fidelitas et fortitudo V. Fundatoris in observanda lege ecclesiastica de jejunio et abstinentia, in observando jejunio eucharistico...

N.B. 2. Mortificatio in usu bonorum "delectabilium", v.g. tabaci: v. Litt. S.C. Religiosorum 10-1-1951; Circ. 193 (1-9-1951). Cf. supra p. 42, art. 206.

N.B. 3. Olim, usque ad ed. 4am (1910) incl., legebatur hic dispositio circa jentaculum (petit déjeuner) ordinariis anni diebus. Cf. infra ubi de "vestibus ac refectione".

2) "Carnis afflictationes" (pénitences afflictives: discipline, cilice, etc.). Art. 267 sq.

Primitus, et usque ad 3am ed. (1894) incl., tota materia in unico articulo absolvebatur. Abhinc ed. 4a (1910), duo articuli.

a) Commendantur nostrae generositati. Art. 267.

Textus

jam legitur in ms. I (1818) et talis qualis transit in editiones latinas. Verba "Haec aemulentur sodales nostri" adduntur in ed. 2a (1853). Valde dif- fert a textu s. Alphonsi, ut apparebit infra.

Commentarium.

Non agitur de austeritatibus quae originem habent in temperamento sive psychismo vitiato, desaequilibrato; sed de illis quae vere sunt manifestatio- nes, actus imperati virtutis christianae, paenitentiae sive castitatis sive charitatis erga Deum (unio cum Christo patiente) vel proximum. Hae utique sunt "corpori edomando aptissimae, ordinem restaurant, ita ut corpus suo modo partem habeat in opere justitiae, puritatis moralis, charitatis redemptricis. Cf. Theologiam spiritualem.

Mgr de Mazenod, ep. 25-9-1844 ad P. Guigues, visitatorem in regione Canadensi: "Je voudrais que vous établissiez dans toutes les maisons ce que vous avez prescrit à Longueuil pour la discipline du vendredi. La chose est très édifiante, et personne n'est exposé à oublier cette petite mortification si utile, beaucoup plus utile qu'on ne pense pour se maintenir dans la ferveur et les résolutions d'une sainte perfection. La discipline corrige de la tiédeur, inspire la componction, élève l'âme à Dieu, unit à Jésus-Christ. C'est un exercice infiniment plus précieux qu'on a coutume de le penser en général."

Inter corporis afflictationes commendatur expresse flagellatio (discipline): minus irritat (transitoria) et facilius exercetur. D. Philippus Nerius: cf. Cosentino, o.c. I, p. 160 sq. B. Alphonsus Maria, in eodem art. 11, post praescripta jejunia: "Deux jours chaque semaine, le mercredi et vendredi, on se donnera la discipline tous ensemble." In Oratorio s. Philippi et in Cong. SS. Redemptoris fuit exercitium commune et valde sollemne. Cf. Cosentino, o.c. p. 105, 160 sq.

"Haec aemulentur sodales nostri". V. Fundator, attento labore apostolico, noluit imponere praescriptionem uniformiter obligatoriam pro omnibus. Ita jam s. Ignatius (Constitutiones Societatis Jesu, Primum ac Generale Examen, cap. I, no 6) et s. Vincentius de Paulo (Regulae Congregationis Missionis, c. X, a.15). Cf. Cosentino, o.c. p. 144, 156.

Sequitur nullam esse obligationem circa hoc exercitium? Negative.

Imprimis illi favendum est ex officio et publice in omnibus communitatibus (sonitus campanae). Mgr de Mazenod, Litt. circul. 2-2-1857: ... la Règle "vous met sous les yeux la pratique et l'exemple des saints, en vous recommandant de les imiter; haec emulentur sodales nostri. Cela a été compris dès le commencement, et c'est avec étonnement et douleur que nous avons appris que certains des nôtres, méconnaissant l'esprit de notre Institut et méprisant la pratique traditionnelle de la Congrégation à ce sujet, ont semblé vouloir reléguer ces exercices salutaires de pénitence dans les maisons de Noviciat et de Scolasticat: déplorable aveuglement de la sensualité, qui les empêche de reconnaître qu'ils ont plus besoin de ce préservatif, au milieu du monde qu'ils doivent combattre, que ces jeunes âmes pleines de ferveur qui servent Dieu dans la retraite et l'éloignement de tout danger.

En conséquence, conformément à ce que j'avais moi-même établi dans plusieurs actes de visite, je renouvelle l'ordre de sonner la cloche dans toutes nos maisons, le jour et l'heure indiqués par le Supérieur, pour marquer l'espace qui doit être consacré à l'exercice de la pénitence corporelle. L'usage dès les commencements a été de ne pas le prolonger au delà de la récitation d'un Miserere; honte aux lâches qui reculent devant une si mince pénitence." (Circul. administr. I, p. 118).

Imo per plures censent praxim disciplinae hebdomadariae esse obligatoriam per se pro omnibus et singulis ex lege consuetudinaria (can. 28). Ita Card. Villeneuve, P. Leyendecker. Cf. Mgr de Mazenod in circul. cit.; id. in Actu visitationis prov. Angliae 22-7-1850: "J'ajouterai, en parlant de l'esprit de mortification et de pénitence, qu'on serait dans l'erreur si l'on se persuadait que l'art. 7 du paragr. 3 ch.2 de nos Règles ne regarde que les Novices et les Oblats. Cet article comme tout le reste du par. de "mortification et de corporis afflictationibus" doit être observé par tous les membres de l'Institut selon la pratique constante et traditionnelle des maisons que

j'ai habitées. Quelle lâcheté impardonnable de vouloir entendre autrement que nous l'avons constamment expliqué et qu'on l'a toujours entendu ce "nihil praesentis regulis statuitur", c.-à-d. qu'il n'y a rien de fixé pour le temps et pour le nombre, si ce n'est pas l'usage; mais les exemples qui sont cités et les termes qui sont employés prouvent que s'il n'y a rien de fixé, il y a quelque chose de positivement commandé et l'usage qui a force de loi suffisamment expliqué, comme nous l'avons fait nous-même de vive voix et par écrit..."

Ex more istud exercitium fit singulis feriis sextis post preces vespertinas excepta feria sexta infra octavas Nativitatis D.N.J.C. et Paschatis. Si festum sollemne Ecclesiae vel Congregationis incidit in feriam 6am anticipatur pridie.

b) Generositas supernaturaliter prudens et proinde obedientia regulata.  
Art. 268.

Talis commendatio primo apparet in ms. "Honorat", ubi in eodem art. 7 additur in fine: "On ne se permettra rien à ce sujet sans en avoir obtenu permission du Supérieur". In Ia ed. latina (1827): "... nihil hujusmodi nisi de superioris consensu, praesumant sodales nostri." In ed. 2a et 3a: "Haec aemulentur sodales nostri; verumtamen nihil fiat absque Superioris consensu."

In ed. 4a (1910) explicitius et conformiter ad novum jus commendant rem in novo et distincto articulo qui servatur in ed. 5a (1928). In hoc sequebantur textum instruct. S. Sedis "Normae", No 166: "In ordinariis mortificationibus seu poenitentiis corporalibus privatim exercendis sorores omnino reguntur iudicio solius confessarii; pro externis autem et publicis indigent insuper licentia Superiorissae localis." In ordinariis mortificationibus (quae suum locum habent in omni vita christiana seria, etiamsi sint externae: v.g. abstinere occasionaliter in refectorio ab aliquo obsonio) vel etiam in poenitentiis corporalibus privatim exercendis... iudicio solius confessarii omnino reguntur: ils se régleront entièrement (omnino) sur les avis du confesseur seul. Est materia fori interni et proinde superiores intervenire non habent, quibus tamen minime prohibentur consilia et exhortationes generales; nec subditi prohibentur, quominus consilium capiant ab aliis quam a suo confessario ordinario, et etiam a proprio Superiore, si velint (can. 530, §2).

"pro externis autem et publicis", quae afficiunt ordinem publicum communitatis cui invigilare habent Superiores: v.g. abesse a prandio vel coena communitatis, coram communitate genuflectere extensis manibus initio refectiois, abstinere permanenter et totaliter a carnibus... "indigent insuper..." non quasi etiam licentia confessarii esset necessaria et semper petenda. Est res prudentiae.

P. FUNDATORIS sollicitudo paterna et supernaturaliter prudens pro sanitate filiorum suorum: numerosa testimonia v. apud P. Yenveux, o.c., v.g. ep. 6-12-1856 ad P. Richard, Mag. Nov. in Anglia: "Je commence par vous dire de vous en tenir strictement au conseil du médecin pour votre santé. N'abusez pas du peu de mieux que vous éprouvez pour vous livrer à votre zèle. Vous devez surtout être sobre de prédications. J'aimerais tout autant que vous attendissiez encore d'être plus raffermi en santé. Un seul sermon peut

vous ouvrir la veine qui avait donné du sang, et nous jetterait dans de nouvelles inquiétudes. Soumettez-vous à la volonté de Dieu qui ne vous a pas donné assez de santé pour que vous puissiez vous livrer à votre attrait pour la mortification. - C'est déjà une grande pénitence pour une âme tant soit peu fervente, que d'être obligé de soigner sa santé par toutes les précautions qu'exige le besoin. Acceptez cette contrariété en compensation des mortifications que la Règle conseille et que le devoir vous oblige de ne pas faire dans votre position particulière."

Jam S. Alphonsus in sua Regula, art. III: "Pour que ces ouvriers évangéliques ne soient pas trop indiscrets en affligeant leurs corps, tous devront prendre les récréations fixées, qui seront ordinairement d'une heure après le dîner et d'une heure après le souper, en s'assemblant tous en un même lieu; et un jour de chaque semaine il ne leur sera permis de faire aucune pénitence corporelle, ni de se charger de trop de fatigues sans la permission des Supérieurs et des directeurs spirituels."

### 3) Mortificatio somni. Art. 269.

Jam in ms. I (1818) legebatur: "Il serait à souhaiter que l'on se contentât d'un grabat pour dormir, comme il convient à des hommes qui prêchent la pénitence aux autres. Néanmoins, il est permis de se servir des lits ordinaires, mais sans aucune recherche de sensualité."

Quod vertebatur in Ia ed. (1827) art. VIII: "Peroptandum foret ut duro super grabato somnum carperent Missionarii, ut decet homines aliis poenitentiam praedicantes; attamen lectulis communibus uti licet, salvo semper austeritatis jure."

Voce "grabati" intelligebant "la paille", ut apparet ex can. 3 Cap. gen. 1831: "On se servira uniformément de bois de lit ordinaires avec la paille seulement, pour ceux dont la santé ne demande pas une exception." Item in ep. Fundatoris 25-9-1844 ad P. Guigues: "... une paille n'est pas une si mauvaise couche qu'on doive regretter un matelas. Dispenser de cette couche, c'est vouloir la faire considérer comme plus dure qu'elle ne l'est en effet..."

In ed. 2a (1853) apparet textus hodie adhuc vigens praeter modicam immutationem: "Simplici super grabato (ed. 5a: lecto), somnum ordinarie carpent Missionarii, ut decet homines aliis poenitentiam praedicantes; nisi Superior huic articulo derogandum censuerit, propter alicujus valetudinem."

S. Alphonsus, in eodem art. II de jejuniis et disciplina: "On dormira sur la paille, quoiqu'il soit permis de se servir d'oreillers de laine et de draps de toile ordinaire. Les lits auront régulièrement 7 palmes de long et trois et demie de large."

Duratio somni. Primitus V. Fundator praeviderat 6 horas. Cedendo observationi Commissionis cardinalitiae 1826, 7 horas retinuit. Ita in ed. Ia (1827), usque ad ed. 3am (1894), Ia pars, cap. 2, paragr. 2, art. 56: "... Omnia adhibeantur media ut Missionariis, etiam in actu operis, horae singulis diebus, nocturnis et diurnis computatis, somno et quieti assignentur septem." Omititur cum tota illa paragr. abhinc ed. 4a (1910).

Retinet autem vim directivam indicans mensuram "mediam". Mgr de Mazenod, ep. ad P. Courtès 8-9-1836: "L'obligation de 7 heures de sommeil est faite

pour remédier à l'extravagante piété de certains hommes qui veulent servir Dieu à leur manière en dépit de la raison du bon sens, de la justice et d'une religion éclairée. Qu'y faire? On ne peut guérir des têtes fêlées. Je vous recommande d'ordonner de ma part au P. Aubert de ne jamais dormir moins de 7 heures. Ce jeune Père a un grand besoin de dormir, il ne veut pas se le persuader, mais cela est évidemment ainsi. Je l'ai remarqué depuis longtemps, et d'autres aussi ont fait la même observation. Je n'admets point d'excuses. J'exige absolument qu'il se soumette à cette prescription."

#### Paragraphus IVa

##### De conventibus domesticis.

##### Introductio.

##### 1. Locus hujus argumenti in ordine generali Regulae.

Abhinc ms. "Honorat" et ms. II efformat paragraphum hanc hujus capituli II et semper servat hunc locum. Cf. supra p. 2, 112.

Aliter in ms. I (1818): in cap. II, absoluta paragrapho 2a "De la mortification et des pénitences corporelles" annectitur absque numero quasi appendix sub titulo "Des assemblées domestiques". Cf. supra p. 2.

In Regula s. Alphonsi constituit cap. IV, cf. supra p. 2.

##### 2. Titulus paragraphi.

Jam in ms. I : "Des assemblées domestiques", sicut in Regula s. Alphonsi "Dell' Adunanze Domestiche". Titulus latinus semper idem abhinc ed. Ia (1827).

3. Comparatio cum Regula s. Alphonsi. Ista in uno capite valde brevi continet totam substantiam nostrae paragraphi. Nonnisi duo articuli: I. Conventus "Quatuor Temporum": lectio Constitutionum, animadversiones et consilia Rectoris. II. Conventus hebdomadarii: collatio spiritualis; conventus de missionibus; conferentia theologica.

##### I. Collatio spiritualis (conférence spirituelle, conférence de la coulpe). Art. 270-281.

In Regula s. Alphonsi omnia absolvuntur in una phrasi: "II. De plus, chaque semaine, le Recteur fera une conférence spirituelle à tous ses sujets, et chacun s'accusera de ses fautes contre les Règles." Ut apparet, non est questio de denuntiandis culpis apud confratres deprehensis ("proclamatio"). Attamen, secundum Statuta Cap. 1802, cap. III; art. 7, Rector localis designare valet Patrem ("zelatorem") qui invigilet observationi Regularum sibi que denuntiet transgressores.

S. Ignatius non adoptavit capitulum culparum in sua Regula, saltem non generatim pro omnibus; loco ejus alias praxes sat rigorosas imposuit: manifestatio conscientiae, institutio "syndici" cujus est invigilare ordini externo domus referendo Superiori vel monendo errantes... cf. Constitutiones Soc. Jesu, Examen gen., cap. IV, no 8; no 36, 38; 3a pars, c. I, no 12; no 16. P. Dudon,

St Ignace de Loyola (Paris, 1934), p. 412: "A la coulpe conventuelle saint Ignace substitue un mode de correction plus profond et plus rigoureux par l'usage des admonestations publiques, la surveillance amicale d'un syndic et l'obligation du compte de conscience."

E contra, Regulae s. Francisci de Paulo et s. Philippi Nerei inspirare potuerunt P. de Mazenod in compositione Regulae nostrae de capitulo culparum. Ibi, praesertim apud s. Philippum Nereum, apparent omnia elementa essentialia conceptionis Fundatoris nostri de collatione spirituali. Cf. Cosentino, o.c. I, p. 156, 162sq. V. Appendicem.

A) Praescripta generalia. Art. 270-271.

1) Locus (la place) quem tenere debet collatio spiritualis in Congregatione nostra. Art. 270.

Est art. I editionis Iae (1827), qui latine reddit textum ms. galliarum (abhinc ms. "Honorat" et ms. II). In ms. I (1816) autem legebatur "deux fois le mois, on fera la conférence spirituelle de la manière suivante".

"Collatio spiritualis" (e terminologia monastica): conventus communitatis quo omnes afferunt suam partem et conferunt suo modo ad bonum ordinem externum communitatis et finaliter ad bonum spirituale omnium. Est, in se, exercitium excellens quod, servando vel restaurando ordinem externum, ordinatur ad progressum spirituale omnium et ad promovenda efficacius opera evangelica Instituti.

Praxis antiqua... et semper moderna: persentiunt necessitatem eam resumendi sub variis formis tamquam exercitium excellens formationis humanae, asceticae, sacerdotalis, apostolicae (mouvements de jeunesse, équipes sacerdotales...)

De loco collationis spiritualis in vita religiosa: cf. Dictionnaire de Spiritualité, II, art. Chapitre des Coulpes, col. 483ss.

P. de Mazenod voluit eam etiam pro suis Oblatis, cum sibi proponant resuscitare et fovere religiosarum institutionum pietatis ardorem, necnon istarum et pia ministeria et virtutes et observantissimae vitae exercitationes (art. 4).

Et quidem eam voluit pro omnibus Congregationis partibus... cf. Circul. 164 (19-3-1939), p. 22 (t. IV, p. 340); Circul. 181 (1-11-1947), p. 24 (t. V, p. 151); Acta Cap. 1949, art. 51.

"In omnibus... domibus": vocabulum "domus" sumendum in sensu lato, prout comprehendit etiam residentias. Cf. art. 513 et 605; Declaratio expressa Cap. gen. 1938: Circul. 164 (19-3-1939), p. 22sq; Acta Cap. 1932, art. 136; Acta Cap. 1949, art. 127.

Secundum Capitula gen. 1879, 1920 et 1938, collatio spiritualis habeatur, dummodo tres interesse possint, ipso adnumerato communitatis Superiore. Cf. Acta Cap. 1932, art. 47; Circul. 164 (19-3-1939), p. 23. Praedicta dispositio non legitur in Act. Cap. 1949. Attamen Circul. 181 (1-11-1947) p. 24, videtur velle retinere integre declarationes et dispositiones Circul. 164 de hac re.

Quidquid sit, declaratio Cap. gen. 1879, 1920 et 1938 retinet saltem vim directivam.

"Bis in mense", sicut in Regula s. Philippi Neri.

Si in aliqua communitate numerus religiosorum est valde restrictus (3 vel 4), nonne liceret, utendo epichia, instituire collationem minus frequenter vel eam habere in forma minus rigorosa?



2) Forma generalis collationis spiritualis apud nos. Art. 271.

Abhinc isto articulo, modificationes sensibiles in ed. 5a (1928): transponit articulos vel partes articulorum, clarificat et explicitat quae in textibus primitivis obscura habebantur. Nulla autem immutatio substantialis disciplinae primitivae. Cf. Circul. 140 (16-7-1928), p.15 (t.4, p. 121).

Praesens art. 171 editionis 5ae (1928) resumit ea quae olim - et quidem jam in ms. I (1818) - dicebantur in duobus articulis de ordine sequendo in domibus novitiorum eaque adaptat omnibus communitatibus generatim.

Est essentialiter exercitium communitatis localis sive domus ("collecta communitate"). Proinde ei assistunt solum ii qui vere et stabiliter pertinent ad communitatem, secundum litteras obedientiales, et quidem tum novitii tum professi cujusvis categoriae.

Secundum Acta Cap. 1932, art. 44, confirmantis Statuta Capitulorum praecedentium, sodalis qui ultra 15 dies in aliena communitate remanet interesse debet collationibus spiritualibus et recollectionibus mensilibus quae in illa communitate fiunt. Iste art. non fuit assumptus in Actibus Cap. 1949.

Proinde pertinet ad solum Superiorem, et quidem ad Superiorem immediatum sive localem, ordinarie indicere collationem spiritualem eique praeesse, extraordinarie ad Visitorem (art. 504, 538). Superiori locali autem assimilatur in hac re Director residentiae: v. supra.

Ergo non competit Provinciali qua tali praeesse capitulo culparum; bene vero ut Superiori locali vel Visitatori. Cf. Circul. 164 (19-3-1939), p.23.

"culpas contra Constitutiones admissas", i.e. actus implicantes transgressionem Constitutionum in ejus partibus dispositivis...

Agitur proinde de violatione ordinis externi, supponente culpam "juridicam" sive legalem, de qua cognoscere habent superiores fori externi.

Eas "humiliter confiteantur", ut hoc modo reparent ordinem laesum. Ista humilis confessio nobis apparebit naturalis et justa, si cogitamus Constitutiones nostras esse leges Ecclesiae, nostras transgressionem esse aliquo modo infidelitates, actus proprii interesse qui plus minusve serio neutralizant conatum communem Oblatorum in magno opere sanctificationis propriae et activitatis apostolicae sanctae et fecundae...

Apud nos praescribitur etiam altera pars collationis spiritualis, sicut in Regulis s. Philippi Neri et s. Vincentii de Paulo: "culpas apud fratres deprehensas arguent". Est "proclamatio" antiquorum. Non fit in omnibus institutis, praesertim non in institutis mulierum...

Nostra caritas debet esse virilior et complecti etiam hanc formam correctionis fraternae quae secundum s. Thomam est praecipuus actus externus caritatis.

Utilitas tum pro bono personali (les manies des prêtres isolés, des vieux célibataires...), tum pro bono communi (cf. art. 274). Cf. P. de Mazenod, ep. 28-2-1825 ad P. Vachon: "Ce serait une grande imperfection, mon cher ami, de trouver mauvais que l'on vous reprît sur quelques méprises que vous auriez pu faire en débutant dans le ministère et une vraie injustice de savoir mauvais gré à ceux qui m'en auraient prévenu. Les uns et les autres nous nous sommes acquittés d'un devoir indispensable, et il me semble que, loin de vous en plaindre, vous devriez vous féliciter d'une surveillance

toute fraternelle qui assure nos pas et nous préserve contre l'erreur et l'illusion. Vous connaissez nos Règles. Elles sont à cet égard éminemment sages. Ne nous en écartons jamais. - Pourquoi vous plaindre? Je ne comptais pas vous écrire à ce sujet; mais je me proposais à mon premier voyage d'en causer avec vous franchement et en toute amitié, pour rectifier ce que j'aurais trouvé de défectueux dans vos idées et approuver ce qui aurait été bien. - Mettez donc votre coeur en paix, et soyez persuadé qu'on n'a jamais d'autres vues, soit lorsqu'on loue, soit lorsqu'on blâme quelqu'un parmi nous, que le plus grand bien du sujet, l'honneur de son ministère et la gloire de Dieu."

Agitur de arguendis culpis deprehensis, ergo de actibus, et quidem de actibus externis contra Constitutiones et ordinem externum.

Unde non de dispositionibus internis, de intentionibus, nec de vitiis characteris nisi quatenus exterius manifestentur per actus...

Nec omnes actus reprehensibiles necessario et semper et statim manifestandi: est res prudentiae et discretionis...

Nec quaeritur a nobis commentarium de modo agendi confratum vel de Regula et ordine observando...

"alta voce arguent": apud nos fit proinde oraliter; in aliis institutis scripto...

Non necessario et semper omnes et singuli vocandi sunt a Superiore. Jam v. Fundator scripserat 3-10-1839 ad P. Courtès: "J'ai réglé que les conférences pour la coulpe ne doivent jamais dépasser une heure. Le Supérieur n'interroge pas tout le monde; il choisit soit pour l'actif, soit pour le passif; et il se réserve toujours un certain espace de temps pour parler, soit au sujet de ce que la conférence lui fournit, soit sur tout autre sujet puisé dans la Règle ou dans les vertus religieuses."

B) Praecisiones particulares. Art. 272-281.

1) Circa ordinem externum. Art. 272-273.

Duo articuli introducti in ed. 5a (1928), congerentes et clarificantes ea quae in editionibus praecedentibus dispersa inveniebantur vel generatim in usu erant.

Ordo quo veniunt fratres famulantes, tum novitii tum professi, art. 272.

In editionibus praecedentibus nulla expressa mentio fit partim quam fratres famulantes tenent in collatione spirituali, excepta editione 4a (1910) quae de hac re loquitur in p. III, paragr. de Fratribus famulantibus, art. 814.

Fratres professi a solis professis arguuntur, sicut jam habetur in ed. 4a, art. 814.

Ordo quo veniunt sodales sacerdotio destinati vel eo jam aucti. Art. 272.

Novitii scolastici - oblati scolastici, etiam Patres scolastici - sacerdotes non scolastici ("sacerdotes domui addicti": affectés à la maison par une obédience).

Jam Cap. gen. 1867, sese referens ad dispositionem V. Fundatoris, declaraverat culpam moderatorum vel magistrorum locum non habere nisi post scolasticorum discessum. (Sessio 15; Acta Cap. 1923, a.53).

2) Spiritus qui animare debet hoc exercitium. Art. 274-277.

Elementum essentialē imprimens isto exercitio suam notam propriam et valorem eumque distinguens a manifestationibus analogis in societatibus profanis vel factionibus politicis (Communismi: autocritique...). "Spiritus est qui vivificat, caro non prodest quidquam". Per illum vere habetur "collatio spiritualis" (supra p. 151) et sine illo nihil remanet nisi vana formalitas, cui deest sinceritas et efficacia, nihil generans nisi taedium, irritationem, divisiones, exasperationem.

a) Commendatio generalis. Art. 274.

Dispositio primitiva, jam in ms. I (1818): v. Missions, 1951, p. 66. Transivit in ed. latinam (1827), art. IV, textu manente semper eodem usque hodie.

"Modestia perfectissima": moderatio, discretio, mensura (réserve, retenue). Non cedere tentationi ostentandi petulantiam spiritus (il ne s'agit pas de faire de l'esprit!). Non loqui arroganter. Nulla exaggeratio (generalizare, certum pro incertis...). Non est locus argumentandi, disputandi. Non cedere maniae quae semper habet aliquid objiciendum aliis... Bona simplicitas declinans ab affectatione, a rusticitate et a ridiculo... et hoc tum in accusatione propriarum culparum, tum in aliis arguendis.

"mansuetudo": non cedere morositati (mauvaise humeur, aigreur), irritationi, irae, vindictae (censuram infligere statim illi a quo animadversionem recepimus in eadem vel praecedente collatione)...

"caritas imprimis et humilitas": mais surtout la charité et l'humilité.

Caritas sit motivum ultimum et supremum: per eam, et per eam solam, redintegratur finaliter ordo laesus, salvatur bonum commune. Est motivum proximum et specificans correctionis fraternae. Persentiat confrater nostras animadversiones non procedere ab amore proprio laeso, sed a benevolentia erga seipsum et communitatem... S. Augustinus, Sermo 82 (de Verbis Domini, 16), cap. 3: "... Quare illum corripis? Quia te doles, quod peccaverit in te? Absit! Si amore tui id facis, nihil facis. Si amore illius facis, optime facis." Ex parte ejus cui culpatur respondeat pariter caritas erga eum, qui servitium praestitit correctionis fraternae, recitando v.g. Pater vel Ave pro isto.

Humilitas. Omnes actus istius exercitii reclamant humilitatem: confiteri publice suas proprias culpas - arguere culpas confratrum - acceptare censuras sibi factas - audire reverenter et dociliter exhortationes et commendationes Superioris, qui forsitan est junior... Sine humilitate actus collationis spiritualis sensu carent vel adulterantur (sont faussés). Participando debito modo collationi spirituali erimus quidem humiles, sed non humiliati, diminuti. Exercentes talem humilitatem servabimus veritatem, justitiam et ordinem. Sine dubio requiritur bona mensura amoris veritatis, ut quis se subjiciat huic regimini humilitatis christianae. "Il est plus facile de supporter une douzaine de compliments mensongers qu'un seul blâme sincère". P. de Mazenod ad P. Suzanne 5-10-1827: "Quant à moi, je ne me consolerais pas qu'il s'introduisit dans la société un esprit de susceptibilité qui inspirât de l'aigreur contre ceux qui, souvent avec les meilleures intentions, attirent à d'autres

quelques avis salutaires qui peuvent, à la vérité, contrarier quelquefois leurs vues ou choquer leur amour-propre, mais qui n'en sont que plus nécessaires et données à propos."

Omnes istae dispositiones animare debent non solum subditos, sed etiam ipsum Superiorem qui praest collationi. In hac praesertim occasione appareat ut paterfamilias.

Si in tali atmosphaera collatio spiritualis habetur, fiet, ut proficiat communitati et singulis, ut sit "disciplinae constantiae et vigori aptissima"; spes seria, ut veri defectus tollantur, in quantum possibile; discretio regnet in domo et extra domum in relationibus cum extraneis, de defectibus aliorum non sit sermo promiscue (à tort et à travers), ut pax servetur. Secus autem, si collatio fit in atmosphaera vitiata, gravi, spissa (chargée)....

b) Modus confitendi culpas contra caritatem fraternam. Art. 275.

Dispositio primitiva: jam in ms. I (1818); textus latinus semper idem abhinc ed. Ia (1827), art. V. Quid simile in Regula s. Philippi Neri. Cf. Cosentino, o.c. I, p. 162.

Conceptio profunde theologica Fundatoris: in ordine excellentiae, caritas - prima omnium virtutum. Hanc omni modo salvare vult inter suos. Culpa contra caritatem, e genere suo, gravior aliis... Quoties quis laeserit caritatem, sibi dicere debet: accidens serium (accroc sérieux) in mea vita spirituali et in vita communitatis! Et hoc habitu exteriori exprimitur.

Obligatio restaurandi caritatem obligat utramque partem, laedentem et laisam. Res sit vere finita ex utraque parte!

Laudabilis usus: in ultima collatione ante primam oblationem, vel oblationem perpetuam, vel ordinationem sacerdotalem, vel transitum ad aliam domum: petere veniam coram Superiore et confratribus pro omnibus offensis et malis exemplis commissis...

c) Culpa sacerdotum notificandae a non-sacerdotibus. Art. 276-277.

Haec dispositio primo apparet in ms. "Honorat", ubi videtur inserta post factum: v. ed. Etudes Oblates, 1943, pp. [35] et [36]. Abhinc ms. IV (textus gallicus definitivus) insertur definitive in corpore Constitutionum. Editiones latinae semper eundem textum retinet abhinc ed. Ia (1827), art. VI et VII; additis in art. 277 ed. 5ae (1928) verbis "vel scholastici" quibus resumitur art. XIII et Iae (art. 298 ed. 4ae).

Quid simile in Regula s. Philippi Neri. Cf. Cosentino, o.c. I, p. 162.

Haec dispositio revelat altam ideam V. Fundatoris de sacerdotio Christi fide inspiratam. Unde a suis sacerdotibus exigit, ut et ipsi tam alte sentiant de sacerdotio suo, ut humiliter accipiant animadversiones de admissis, ut magis ac magis digne ambulent in ordine suo. Etenim "habemus thesaurum istum in vasis fictilibus" (II Cor. IV,7). Et frequentius "extranei" facilius percipiunt defectus sacerdotum quam ii ipsi...

Ex altera parte exigit, ut hoc officium caritatis et venerationis erga sacerdotium Christi praestatur debita cum reverentia, et a fortiori majori discretione, modestia, caritate et humilitate ac erga alios. Cf. I Tim, V, 1,20; I Petr. V,1,5. Exemplus s. Catharinae Senensis.

3) Munus Superioris. Art. 278-279.

Omnes istae dispositiones jam inveniuntur in ms. I (1828), excepta facultate data inferioribus monendi ipsum Superiorem ("omnium in memoriam revocabit...") quae primo apparet in ms. II in quo apponitur post factum et definitive inseritur in corpore Regularum adhuc ms. IV (textus gallicus definitivus) tamquam art. 14. Olim haec ultima dispositio inveniebatur fere in fine sectionis de collatione spirituali: ita adhuc in ed. 4a (1910), art. 299. In ed. 5a (1928) interponitur hic et annectitur art. 278 per nova verba "Interdum etiam".

a) Explicationes et monitiones. Art. 278.

In textu gallico primitivo legitur "Le supérieur... donnera les explications et les développements qu'il jugera nécessaires sur la Règle..."

Est officium boni patrisfamilias, cujus est formare, corrigere, ad bonum provocare, invigilari bono ordini...

Et hoc faciat semper ut pater, vel forsitan potius ut senior inter fratres, sine arrogantia, sine spiritu contentionis. Non intendat imponere aliis suas ideas vel opiniones, sed potius trahere seipsum omnesque suos in sequelam Fundatoris communis continuando ejus charitatem, spiritum, zelum, opera, directionem. Ipse prae ceteris debet aestimare et amare Regulas Patris Fundatoris, ut semper sit fidelis interpres: "Depositum custodi!"

In particulari, instructio de facultate data sodalibus omnibus monendi ipsum. Utique privatim! ("adire illum...").

"quae tamquam privatus potuit delinquere", ms. IV: "dans sa conduite particulière". Defectus vel negligentiae personales sive in vita sua privata (recreationes, refectiones, celebratio missae, recitatio officii, exercitia in particulari facta... habitus, modus se gerendi vel loquendi vel scribendi ... maniae...), sive etiam in modo omnino personali exercendi sua munera (praecipitatio, negligentiae, errores, irregulartates in modo dirigendi Officium divinum, varios conventus domesticos...)

Excipiuntur proinde actus ex officio positi qua tales seu actus Superioris qua talis sive Superioris ut personae publicae, repraesentantis Congregationem et auctoritatem Regularum (Superior convocat communitatem ad Horas canonicas publice recitandas, ad collationem spiritualem, ad conferentiam theologiam eisque praest secundum Constitutiones, exigit observationem silentii, regularitatis... publice arguit delinquentes..."

"caritatis officium": caritas erga ipsum Superiorem... erga communitatem et Congregationem... Forma caritatis quae difficile et raro exercetur...

N.B. De censura (critique) in communitatibus: v. appendicem.

b) Poenitentiae irrogatio. Art. 279.

V. Fundator perpulchre loquitur de modo accipiendi et adimplendi hanc poenitentiam motivis Fidei innixo...

Imponitur ad reparandum, compensandum. Fuit saltem "culpa juridica", quaedam perturbatio vitae communis, ordinis externi, violatio Regulae quae est lex Ecclesiae, quaedam imminutio idealis oblati etsi forsitan parva...

Poenitentia hujusmodi est generatim sat parva et communiter data omnibus. Si quid gravius intercederit, facultas Superioris graviolem singulariter imponendi... salva semper lege discretionis.

4) Renovatio interior et personalis, ut collatio fructus afferat. Art. 280.Textus.

Est primitivus, jam in ms. I (1818): v. Missions, 1951, p. 66. Textus latinus est idem ac in ed. Ia (1827), art. X: "Post haec discedent novitii, et intus recollecti..." In ed. 5a supprimitur "novitii", quia commendatio respicit omnes: editiones praecedentes legiferebant imprimis et per totum de culpa novitiorum, ac postea easque dispositiones applicabant globatim ceteris categoriis.

Commentarium.

"intus recollecti": silencieux et recueillis... potius quam locum dare disputationibus, incriminationibus, morositati vel irae...

"coram Ss. Sacramento se sistent": coram Illo qui est primus Superior domus, centrum et fons vivus verae vitae communis...

"ut Deo suo fidelitatem... firmiorem obligent": fundamentum theologale nostrae vitae communis in Ecclesia Christi et in Congregatione, sicut totius nostrae vitae moralis et religiosae.

Implicat firmam voluntatem utilitatem capiendi e animadversionibus factis et rationem habendi monitionum Superioris. Secus exercitium privatur sua efficacitate...

"et pro gratis... acceptis grates persolvant" (grates, subst.f.pl.=gratias). Fide intelligimus rationem talis gratiarum actionis: "Bonum quia humiliasti me"... alemosyna spiritualis data vel accepta... in collatione spirituali communitas conscientiam suiipsius vividius renovat, sese restaurat in charitate, in justitia, in humilitate, in bona voluntate omnium...

Sine ista renovatione interiore et personali omnis conatus, quicumque sit, ad revivificandam collationem spiritualem et ad instaurandam vitam communem profundiore et fecundiore remanet superficialis et instabilis.

5) Dispositio specialis pro domibus novitiorum. Art. 281.

Articulus introductus in ed. 5a (1928) consecrans usum immemoriam, cujus ratio facile intelligitur.

Appendix I. Comparatio cum Regula s. Philippi Neri.

Etsi cum hac concordet in essentialibus, tamen in multis quoque differt: ita v.g. solii sacerdotes arguere possunt confratres, et quidem ii soli qui jam decennium sacerdotii in Congregatione expleverint; et quidem singulis vicibus unus tantum alios arguit ("Corrector"), in quo munere sibi invicem succedunt. Clericos et sacerdotes arguendo caput detegit. Publice arguere potest ipsum Superiorem, utique stans et detecto capite... Cf. Cosentino, o.c., I, p. 162sq.

Appendix 2. Mos alios arguendi vel reprehendendi in nostris communitatibus:  
critique des confrères et des Supérieurs.

V.P. Fundator illum voluit servari in sua familia (a.271,276...); et quidem ut observantiam notabilem habuit (a.703); imo eum esse exercendum respectu ipsorum Superiorum (a.278 institutio "admonitorum").

Plane concordat cum perfectione evangelica de "correctione fraterna". (S. Paulus respectu s. Petri; S. Bernardus respectu Eugenii III...).

Perfectio evangelica est vita in veritate et charitate ("veritatem facientes in charitate": Ephes.IV,15). Fugit malum, omne malum, falsitatem, errorem. Caritas erga filios Dei, confratres, Superiores, tanta sit, ut non sinat eos sese immergere in malo, in detrimentum animae vel operis Dei eis commissi.

Attamen, alia est censura (critique) bona, virtuosa, constructiva, licita, imo necessaria... alia mala, vitiosa, destructiva et vitanda...

Factum dolendum hanc posteriorem esse faciliorem et frequentiore: quo magis exercetur haec censura mala, eo minus exercetur bona...

Est malum pessimum, contra quod necesse est defendere societatem cujus est ruina...

Auctoritas laica totalitaria conatur illud suppressere radicaliter per violentiam, coercionem...

Ecclesia et Congregatio conantur eo pervenire persuasione et charitate quae aedificat...

Ut censura sit bona, virtuosa, salutaria, attendendum ad plura:

1) ut quis sit competens: ut cognoscat rem de qua agitur (qu'on soit au courant; qu'on en connaisse tous les éléments...).

Unde censurae de intentionibus, de dispositionibus interioribus confratrum vel Superiorum facillime erunt erroneae, imo injustae...

Item censurae de certis dispositionibus Superiorum quarum ignoramus veras rationes, quas forsitan Superiores nolunt nec possunt revelare ex prudentia, vel charitate vel justitia...

2) Ut servemus veritatem! Unde non permittendum imaginationi, ut inveniat, exaggeret, quaerat falsas vel dubias interpretationes...

3) Ut intentio sit recta, para. Censura procedere debet ex charitate erga proximum, erga communitatem. Non sit res antipathiae, invidiae, praedudiciorum, loquacitatis...

4) Ut censura fiat debito modo: moderate, modeste, humiliter, tempore opportuno... coram personis quae sunt capaces illam comprehendendi et ex illa fructum percipiendi...

Virtus veracitatis non est in hoc, ut quis omnia dicat quae scit, vel putat scire, etiamsi sint vera; sed ut quis vera dicat "quando et quomodo oportet". Cf. 2.2. q.109, a.1, ad 1, ad 2...

II. Collationes "professionales" (conférences professionnelles).  
Art. 282-283.

A) Collationes missionariae in domibus missionariorum. Art. 282.

Réunions d'études sur la pastorale et la technique des oeuvres apostoliques.

Textus.

Jam in ed. Ia (1827), art. XVI. legitur: "Semel in hebdomade, omnes oblatores et sacerdotes superiorem adhibent, ut cum eo colloquantur de perfectiori methodo in missionibus adhibendo, de defectibus in his vitandis et de modis aptissimis ut sanctissimum hoc Societatis propositum..."

In ed. 2a (1853) restringitur frequentia: "identidem in anno" (pluries in anno). Abhinc ed. 4a (1910), art. 301, non est amplius questio de "oblatores" (scolasticis). In ed. 5a (1928) exprimitur explicite quod jam erat sensus vel usus: "in domibus missionariorum... hisque affinibus operibus..."

Textus primitivus gallicus in ms. I (1818): "Une fois par semaine, tous les Oblats se rendront chez le supérieur pour y conférer sur la manière de bien faire les missions, sur les défauts qu'il faut y éviter, sur les moyens qu'il faut prendre pour réussir dans la très sainte fin de l'Institut."

Est fere ad litteram dispositio quae in Regula s. Alphonsi invenitur in eodem art. II post phrasim de collatione spirituali. Cf. Cosentino, o.c. I, p. 108.

Commentarium.

"in domibus missionariorum". Favet elargire quandoque istas collationes organizando collationes provinciales vel interprovinciales sive regionales vel internationales, cum participatione professorum scolasticorum, specialistarum varii generis... In Germania: M.K. "Missionskonferenz" 1912 (P. Kassiepe), in Gallia: C.P.M.I., "Centre Pastoral des Missions à l'Intérieur".

V. Fundator voluit, ut "Oblatores" (scolastici) jam participant istis collationibus. Temporibus posterioribus eorum praeparatio remota ad nostra opera apostolica fit magis systematice in scolasticis: cursus praedicationis, catechisticae, pastoralis...

"de perfectiori methodo in missionibus... de defectibus vitandis et de modis aptissimis..." P. de Mazenod maxime insistebat in hoc, ut sui missionarii iterum ac iterum reviserent suas methodos, contiones, instrumenta laboris eaque renovarent et adaptarent, ut nunquam cederent pigritiae intellectuali. Cf. a. 297.

Et ut hoc facerent fraterna collaboratione inter operarios apostolicos... Ista realizetur non solum occasione conferentiarum vel congressuum, sed etiam per totius anni decursum mutuo sese adjuvando: correctio contionum (a.100), monita, communicationes variae de experienciis vel lectionibus factis etc.

"ut sanctum hoc Congregationis propositum...": Praeoccupatio dominans Christi et Apostolorum de animarum salute obsidere debet mentes Oblatorum. "In his quae Patris mei sunt oportet me esse" (Luc. II,49)...

Egoismus, superbia, vanitas, invidia, rancor ceteraque hujusmodi cedere debent illi praeoccupationi.



B) Collationes theologicae in omnibus domibus. Art. 283.

Textus.

In Regula s. Alphonsi idem art. II proseguitur: "... enfin, chaque semaine dans chaque maison, on fera une conférence de cas de conscience ou de théologie dogmatique, à laquelle tous les prêtres de la maison viendront bien préparés à répondre." Cf. Cosentino, o.c. I, p. 108.

Haec dispositio transit litteraliter in nostrum ms. I (1818) et postea in editiones latinas: ed. Ia (1827), a. XVII: "Habebitur etiam semel saltem in hebdomade... cui omnes sacerdotes nostri assidue aderunt, et non imparati."

In ed. 5a (1928) reducitur frequentia ("semel saltem in mense"), extenditur materia ("aut morali, vel de re liturgica") et praevidetur exceptionibus ("A praedicta collatione theologica dispensantur..."). Haec omnia conformiter ad can. 591 et 131; art. 89.

Commentarium.

Materia theologiae dogmaticae et moralis non excludit "conjunctas doctrinas" (can. 591), v.g. Scripturam Sacram, Jus canonicum vel Theologiam spiritualem. Cf. Cap. gen. 1920: Acta Cap. 1923, a. 57.

V. Fundator commendavit in Cap. gen. 1837, ut in collationibus habeant tamquam normam theologiam moralem s. Alphonsi. Cap. gen. 1867 renovavit hanc commendationem (sess.12).

Obligationem conferentiarum theologiarum frequenter urgebat suprema auctoritas, v.g. Cap. gen. 1938: Circul. 164 (19-3-1939), p. 23 (t.IV,p.141); Cap. gen. 1947: Circul. 181 (1-11-1947), p. 24 (t.V,p.151); Acta Cap. 1949, a.51. Ipse Fundator (9-6-1835) ad P. Guigues, Sup. N.D. de l'Osier: "Ne négligez pas les conférences théologiques prescrites par la Règle; je n'entends en dispenser personne dans aucune maison. Tenez-y la main chez vous."

Adsit in domibus specialis codex in quo inscribantur nomina eorum qui collationi interfuerunt et questiones tractatae. Cap. gen. 1893; Acta Cap. 1947, art.51.

Programma collationum submittendum quotannis Provinciali eique ratio reddenda. Cap. gen. 1867, sess.12; Acta Cap. 1949, art.52.

Forma conferentiarum non praescribitur. Possunt fieri variis modis, dummodo serio fiant. Si collatio difficile haberi possit, resolutae quaestiones scriptae Provinciali mittantur. Cf. can. 131,2; Acta Cap. 1949, a.51.

III. Lectio et studium Regularum. Art. 284-286.

Textus.

In Regula s. Alphonsi (qui de hac re agit ante varias collationes, de quibus in a.II) legitur: "I. Aux Quatre-Temps de chaque année, chaque Recteur réunira tous ses sujets et, ayant fait lire en commun ces Constitutions, relèvera les manquements et conseillera paternellement ce qu'il croira expédient pour leur exacte observance; quoiqu'en outre les Constitutions devront se lire chaque samedi à souper, et chaque sujet devra les avoir par-devers lui et les méditer souvent et se les rendre familières."

Transivit in nostrum ms. I (1818), excepta phrasi finali "quoiqu'en outre..." Loco hujus legitur: "Ce qui n'empêche pas que tous les sujets en

aient une copie par-devers eux". Cf. Missions, 1951, p. 67; Cosentino, o.c. I, p. 108; Etudes Oblates, 1955, p. 108.

Item fere in ms. "Honorat" (ed. Etudes Oblates, 1943, p. 36): "Ce qui n'empêche pas que tous les sujets aient par devant eux une copie du compendium ou abrégé des susdites Constitutions". In ms. II primo apparet distributio in tres articulos (cf. éd. Missions, 1951, p. 124), quae recipitur in ed. Ia (1827), art. XVIII, XIX, XX. Modificationes accidentales textus in ed. 2a, 4a et 5a: v. infra.

### Commentarium.

#### a) Lectio publica Regularum. Art. 284.

Ia pars secundum tenorem actualem est ex ed. 2a (1853): textus melior et clarior ac praecedenter.

2a pars "Si autem lectio spiritualis privatim ordinarie fit..." fuit introducta in ed. 5a (1928) conformiter ad can. 509, §2, 1<sup>o</sup>.

Ecclesia urget lectionem publicam Regularum: praecavet oblivionem, stimulat vigilantiam Superiorum, cujusque responsabilitatem evocat coram tota communitate... hanc lectionem publicam videtur comitari gratia specialis. De modo ordinandi lectionem publicam Regularum, v. Circul. 140 (16-7-1928), p. 15 (t.IV, p. 121s).

#### b) Actio Superioris ad meliorem cognitionem Regularum et diligentio- rem observationem. Art. 285.

Textus primitivus invariatus perveniens ad nos.

Cura Superiorum, Magistorum Novitiorum, Directorum Scholasteriorum de promovenda cognitione Regularum, de imbuendis subditis spiritu Regularum... Cf. Circul. 140, p. 38s (t.IV, p. 144s); Circul. 164, p. 27s (t.IV, p. 345s).

#### c) Familiaritas personalis et verebunda omnium erga librum Regularum. Art. 286.

In ed. 2a (1853) additur "reverenter" et in ed. 4a (1910) "etiam novitii", secundum "Normae" no 87. Certo liber Regularum non traditur ut servetur inclusus in armoriolo, sed ut legatur, meditetur: circul. I, p. 108ss; 121ss; IV, p. 143ss.

Absolute capite secundo de praecipuis observantiis religiosis adaptatis conditioni Missionariorum Oblatorum, quarum observatio creat quodammodo "medium" (milieu) favens vitae virtuosae, jam agitur de modo concrete exercendi ipsas virtutes christianas-religiosas in vita personali et communi Oblatorum (cap. III) et speciatim de charitate fraterna erga infirmos et defunctos (cap. IV). Cf. supra p. 2, 111.

CAPUT TERTIUM

"DE ALIIS PRAECIPUE OBSERVANDIS"

i.e.

Praescripta et consilia

de modo exercendi virtutes christianas-religiosas

in vita personali et communi Oblatorum

Notae praeviae.

I. Historica evolutio.

In ms. I (1818) desunt ista duo capita, sicut etiam in Regula s. Alphonsi. Attamen pleraeque dispositiones, quae postea efformabunt cc. III et IV, jam tunc habebantur sub titulo "Des autres principales observances" quas P. de Mazenod tamquam appendicem apponebat paragr. IV de voto perseverantiae in cap. Io.

Abhinc ms. "Honorat" et ms. II definitive constituunt c. III. "Des autres principales observances" et cap. IV. "Malades, obsèques, suffrages".

Titulus latinus semper idem abhinc Ia ed. (1827).

Pleraeque dispositiones non inveniuntur in Regula s. Alphonsi; quaedam dispersae hic illic, prout infra notabitur.

II. Materia hujus capituli.

Ratione (le cadre) vitae regularis firmiter constituta, v. Fundator proponit suis magnas virtutes christianas-religiosas practice exercendas. Commendat speciatim tres quae ei apparent particulariter necessariae operariis apostolicis, scilicet unio fraterna inter eos, humilitas et mundi fuga. Omnia videntur ordinari circa haec tria.

Non est tractatus systematicus et completus de his virtutibus... Nequidem refert omnes regulas et directivas practicas circa exercitium harum virtutum. Earum enim praxis sese imponit in nostro ministerio, in operibus Congregationis (Ia pars), in gubernio Congregationis et in formatione membrorum (3a pars).

Agit de earum exercitio per se unice in ordine ad sanctificationem propriam Oblatorum, quae est materia propria hujus 2ae partis Regularum.

III. Divisio capituli III.

a) Tres virtutes praecipue attendendae. (§ Ia).

b) Auxilia et manifestationes exercitii harum virtutum, scilicet

- Sacramenta et Directio (§ IIa)

- Observanda in vestitu et refectione (§ IIIa)

- Observanda in relationibus cum proximo (§ IVa)

- Observanda circa itinera (§ Va).

## Paragrophus Ia

Tres virtutes praecipue attendendae:  
unio fraterna, humilitas, mundi fuga.

Praenotanda.

1. Proponendo tres virtutes specialiter attendendas, v. Fundator non intendit sequi ordinem ontologicum nec ordinem excellentiae virtutum (clarum quod virtutes theologicae prioritatem obtinent); nec exigentias generales quas imponere potest vita vere humana et christiana (honestas naturalis, virtutes theologicae et cardinales...): ista respiciunt Oblatos sicut alios, nisi dicam plus quam alios... Sed ducitur consideratione exigentiae particularis, propriae nostrae vocationis oblativae. Est pagina quam maxime characteristicam spiritualitatis oblativae et una e pulcherrimis, manifestans amplitudinem, altitudinem et profunditatem idealis nostri ejusque exigentiarum. Textus integer servatus ab initio, exceptis paucissimis mutationibus mere materialibus.

2. Character generalis hujus paragraphi potius asceticus quam juridicus; et quandoque difficile distinguere monita et "directivas" asceticas a dispositionibus vere legislativis. Momentum practicum pro vita Oblatorum exinde non minuitur, e contra...

3. Divisio paragraphi.

- A) Recapitulatio obligationum essentialium "idealium" Oblatorum. Art. 287-290.
- B) Tres virtutes specialiter colendae. Art. 291-298.
  - 1- Unio fraterna. Art. 291.
  - 2- Humilitas. Art. 292-296.
  - 3- Mundi fuga. Art. 297-298.

A) Recapitulatio obligationum essentialium "idealium" Oblatici. Art. 287-290.

V. Fundator iterum in memoriam revocat "ideale" Oblatorum, non modo doctrinali, sed valde concreto et vivido, ut praescriptiones particulares et minutae quae praecedunt et quae subsequuntur eleventur ad debitam altitudinem et suo spiritu proprio imbuantur, ut efficacius inducamur ad earum observacionem. Supra dispositiones legales quibus regulatur praxis votorum et disciplina religiosa apparet obligatio essentialis: tendere ad perfectionem evangelicam sequendo CHRISTUM JESUM: "Si vis esse perfectus... veni, sequere me!"

1) Idea dominans in vita Oblati: continuare opus Christi et Apostolorum sequendo eorum exempla. A la suite du CHRIST et des Apôtres! Art. 287.

Textus.

Jam invenitur in ms. I (1818), ex quo transivit in editiones latinas. Ante ed. 5am (1928) absque numero quasi praeambulum paragraphi et totius capituli.

Commentarium.

"Jam dictum est": v.g. in Praefatione (p.13sq.); art. 1,176,254,263.

"missionarios... imitari debere in omnibus exempla Christi Domini".  
Verbum Incarnatum propositum omnibus ut causa exemplaris (Rom.VIII,29): "quos et praedestinavit conformes fieri imaginis Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus"; Jo.VIII,12; XIV,6) et specialius religiosi et apostolici... Est "Ideale" prorsus paulinianum: "Imitatores mei estote, sicut et ego Christi" - "Hoc sentite in vobis quod et in Christo Jesu" - "A Christo comprehensus sum" - "Jam non vivo ego, vivit in me Christus"...

Iste character "christianus" profunde penetravit vitam spiritualem et apostolicam v. Fundatoris. Cf. commentarium in art. 1 (p. 9), art. 254; Circul. 191 (15-8-1951), p. 28ss (t.V, p.325ss).

"Ideale" nostrum non est abstractum, sed valde concretum et vivum...

"Christi Domini, praecipui Congregationis Institutoris". In ordine causarum secundarum P. de Mazenod vere fuit "institutor"...

Magis autem cogitavit de Causa Prima ejusque influxu efficacissimo et eminenti, praesertim in opere salutis. Hujus influxus habuit conscientiam vivam. Melius quam quicumque sciebat fundationem societatis religiosae-apostolicae in Ecclesia Christi non esse ultimo debitam suae propriae electioni, sicut nec suam personalem vocationem sacerdotalem-apostolicam inter obstacula interna et externa, inter haesitationes, fluctuationes, regressus, resistantias... "Non vos me elegistis, sed ego elegi vos"... "Caritas Christi urget nos".

Sui Oblati quoque conscientiam habeant altae originis familiae. Cf. P. de Mazenod, ep. 1-11-1831 ad novitiatum Billens (Helvetia): "... pour nous, notre fin principale, je dirais presque unique, est la fin même que JESUS-CHRIST s'est proposée en venant dans le monde, la même fin qu'il a donnée aux Apôtres à qui, sans aucun doute, il a enseigné la voie la plus parfaite. Aussi notre humble société ne reconnaît point d'autre instituteur que JESUS-CHRIST, qui a parlé par la bouche de son Vicaire, et d'autres Pères que les Apôtres. C'est dit en toutes lettres."

"necnon Apostolorum nostri progenitorum (nos premiers Pères)": ipsi nos in fide generaverunt, sunt fundatores Ecclesiae, "principes populi". Eorum opus continuandum per nos: fundare ecclesias vel renovare ecclesias... cf. Circul. 191 (15-8-1951), p.27 (t.V, p. 324).

"quantum patitur humana fragilitas": Bene scimus nos valde imperfecte exsequi nostrum "ideale". Non est ratio denegandi ejus veritatem illudque deprimere ad mensuram nostrae mediocritatis. Ordo naturae et gratiae est, ut tendamus ad altiora: loi de la croissance! L'idéal est une grande lumière et une grande force. Il ne nous laisse jamais tranquilles. Ne pas prendre son parti d'une vie vulgaire, médiocre!...

2) Consequentia realistica: programma vitae oblativae. Art. 288-290.

Istud programma vitae oblativae fuit adoptatum et approbatum ab auctoritate ecclesiastica statim ab initio, ut patet ex petitione ad Vicarios Gen. Capitulares Aquenses. 25-1-1816. Cf. Rey, I, p. 190s.

a) Vita contemplativa. Art. 288.

Ita jam in petitione ad auctoritatem eccl. Aquensem 25-1-1816 (supra), et, ad litteram, in ms. I (1818): v. ed. Missions, 1951, p. 55.

Textus latinus: ed. I, art. I, semper idem permanens.

P. de Mazenod, non obstante suo zelo apostolico ardentissimo, aut potius propter hunc praecise zelum, retinet vitam contemplativam tamquam partem essentiali "idealis" oblatici. Cf. art. 4, 1144 (De horis canonicis rite persolvendis); 246 sq. (De silentio et interna animi recollectione); 254 sq. (De oratione etc.); correspondentia cum Patre Tempier; ejus desiderium vitae contemplativae: v. Etudes Oblates, juillet, 1954, p. 228ss;

Circul. 42 (29-6-1887), p. 34s (t.II, p. 46s); Circul. 164 (19-3-1939), p. 25-27 (t.IV, p. 343-345); Circul. 191 (15-8-1951), p. 33-35 (t.V, p. 330-332).

N.B. De forma nostrae vitae contemplativae, cf. p. 167.

"... contemplationi in abscondito domus Dei quam simul inhabitabunt", ita ut ipsa domus quasi imbuatur spiritu orationis et recollectionis, ut Oblati non exponantur tentationi quaerendi alibi quod in suis domibus non inveniunt. Hanc domum orationis et recollectionis debemus "simul inhabitare": il s'agit donc d'y habiter, d'y être d'esprit et de coeur, d'y être chez soi, et non point comme un étranger, de passage, comme dans un hôtel...

Tempore quo versamur in communitate ducentes nostram vitam orationis, recollectionis et regularitatis, non sumus minus "Missionarii Oblati M.I." quam tempore quo variis ministeriis apostolicis implicamur.

"Tantium exemplarium imitationi inhaerentes": vitae ratio CHRISTI ejusque Apostolorum locum tenet omnis argumentationis. Ipsi sunt Magistri per excellentiam in hac materia... Caeterum argumenta non desunt: cf. theologiam spiritualem, auctoritatem Eccl., experientiam.

b) Vita activa apostolica ardens. Art. 289.

Sicut exprimitur quoad substantiam jam in petitione ad Vicarios Gen. Capitulares Aquenses 25-1-1816 (supra), et litteraliter habetur in ms. I (1818), l.c.

Textus latinus sicut in Ia ed. (1827), art. II.

Finis proprius Congregationis - "operam dare pauperibus evangelizandis"... Amplitudo hujus servitii: missiones utriusque generis, praedicatio etc. Cf. supra Iam partem.

Perfectio intensiva activitatis nobis propositae: "alteram vitae suae partem exteriori impendent acriter ministerio". Ipsam vitam impendere ("impendam et superimpendam" S. Pauli), non solum aliquas horas ver functiones...

Zelus apostolicus ipsius Fundatoris qualemque proposuit suis Oblatis: v. Praefationem ("zelo zelati ut parati sint impendere opes, dotes, vitae otia, vitam ipsam... in agonem procedant decertaturi ad interuentionem usque...), ejus diarium et correspondentiam, ubi verba "non recuso laborem" - "Ecce adsum" et similia frequenter redeunt. Cf. Circul. 191 (15-8-1951), p. 21sq. (t.V, p. 318 sq.).

Istud programma vitae oblaticae complectens simul vitam contemplativam et activam-apostolicam V. Fundator statim ab initio ut exigentiam essentiali perspexit. Cf. ejus primam litteram ad P. Tempier 9-10-1815: "... une partie

de l'année sera employée à la conversion des âmes, une autre partie à la retraite, à l'étude, à notre sanctification particulière. (Circul. Administr. I, p. 133). Vide etiam supra petitionem ad Vicarios Gen. Cap. Aquenses 25-1-1816.

Ambae formae vitae, contemplativae scilicet et activae-apostolicae, consociari possunt successive per periodos diversimode distributas ("unam vitae suae partem... Alteram vitae suae partem"), etsi non absque difficultate. Licet animadvertere sequentia:

1) "Vita contemplativa" non est idem ac "oratio contemplativa". Haec non habetur necessario et semper in eis qui ex instituto suo profitentur "vitam contemplativam"; e contra, haberi potest apud Oblatos etiam in periodis vitae activae-apostolicae intensissimae.

2) "Vita contemplativa" in genere est forma vitae eorum qui ordinant conatus suos principaliter in "contemplationem veritatis", i.e. inquirere veritatem, nutriri veritate, assimilari veritatem, vivere et gaudere de veritate, et quidem praecipue de ILLO qui est IPSEA VERITAS, quod maxime fit in oratione. Tota vita est organizata intuitu istius contemplationis veritatis: quaedam separatio a mundo, animi recollectio, silentium, oratio, lectio, studium...

E contra, "vita activa" est forma vitae eorum qui ordinant conatus suos principaliter in activitatem externam in utilitatem aliorum: curare infirmos, instruere alios, praedicare... Cf. 2.2.q.179,a.1.

3) Vita contemplativa admittit formas diversas: vitam contemplativam simpliciter talem (in sic dictis ordinibus contemplativis) - vitam "mixtam", in institutis quibus finis particularis est apostolatus activus: "contemplata aliis tradere", "illuminari" ut possint lucere, ad exemplar CHRISTI, et Apostolorum. Cf. 2.2. q.188, a.6; 3.p. q.40, a.1, ad 2; a.2, ad 3.

4) P. de Mazenod proponit suis Oblatis utramque formam vitae, scilicet periodos deditas vitae contemplativae et alias deditas vitae activae-apostolicae, et hoc in profectum ipsius apostolatus, ut sit profundus, vivus, fecundus, ut renovetur per frequentes reditus ad "aguas vivas" vitae contemplativae.

Sequitur vitam contemplativam propositam Oblatis non posse esse nisi illam "vitam mixtam", quae importat periodos, in quibus sunt magis separati a mundo, colunt recollectionem animi, silentium, vacant tranquillius orationi, lectionibus, studio, reflexioni, praeparationi seriae futurae praedicationis... Cf. art. 297 sq; 2.2. q.180,a.3;a.4.

5) "unam vitae suae partem... Alteram vitae suae partem". Generatim nequit esse questio de partitione quasi mathematica nostri anni. In hac materia, sicut in aliis, spiritus magis importat quam omnis ordinatio materialis. Unde Oblati ex una parte magni habeant vitam contemplativam eique sincere studeant; ex altera parte, ducantur zelo ardenti, puro et supernaturali pro salute animarum. Hoc modo fiet, ut duplex nostra activitas elevetur ad debitam altitudinem (à son véritable plan), altitudinem superiorem et communem amoris et servitii Dei. Utrumque genus vitae cum variis suis conditionibus, exercitiis et operibus apparebit ut manifestatio diversa ejusdem amoris et devotae voluntatis erga CHRISTUM ("savoir quitter Dieu pour Dieu"). Cf. Circul. 42 (29-6-1887), p. 34s (t.II, p. 46s).

- c) Semper et ubique et super omnia tendentia seria et practica in perfectionem evangelicam. Art. 290.

Ita jam, quoad substantiam, in petitione ad Vicarios Gen. Capitulares Aquenses 25-1-1816 (Rey, I, p. 190) et explicitius in ms. I (1818), cujus textus semper servatus, uno vel altero verbo omissio vel mutato (v. ed. Missions, 1951, p. 55).

Est finis generalis et dominans cujusque vitae humanae et christianae et maxime nostri status: obligatio quasi "professionalis". Omnes fines sive opera particularia Congregationis ei subordinantur. Cf. supra, iam partem, p. 4. Unde dicitur hic "studebunt praesertim"...

Haec tendentia in perfectionem evangelicam consistit concrete in praxi progressiva charitatis et virtutum connexarum. Ipse V. Fundator concretizat conatum in perfectionem enumerando particulares virtutes. Cf. ejus ep. ad P. Tempier 12-8-1817: "Pour l'amour de Dieu ne cessez d'inculquer et de prêcher l'humilité, l'abrégeation, l'oubli de soi-même, le mépris de l'estime des hommes. Que ce soient à jamais les fondements de notre petite société, ce qui, joint à un véritable zèle désintéressé pour la gloire de Dieu et le salut des âmes et à la plus tendre charité, bien affectueuse et bien sincère entre nous, fera de notre maison un paradis sur terre et l'établira d'une manière plus solide que toutes les ordonnances et toutes les lois possibles."

"Instar CHRISTI Domini": ipse semper nostrum exemplar in omnibus, ipse qui est "primus Religiosus Patris", primus Oblatus. "Si vis esse perfectus... veni, sequere me!"

- B) Tres virtutes specialiter attendendae inter Oblatos. Art. 291-298.

Sunt unio fraterna inter eos, humilitas et mundi fuga. Etsi in ordine ontologico et excellentiae non sunt primae, tamen in ordine psychologico et in ordine activitatis concretae, determinato per circumstantias internas et externas nostrae vitae, apparent tamquam dispositiones indispensables et urgentes ad omnem laborem religiosum et apostolicum serium et durabilem.

Experientia vitae edoctus V. Fundator cito expertus est non esse inutile insistere in his tribus explicitis et in particulari. Ita jam in ms. I (1818) v. ed. Missions, 1951, p. 55sq.

- 1) Unio fraterna inter Oblatos. Art. 291.

Est ad litteram art. IV editionis Iae (1827), qui latine refert textum primitivum gallicum ms. I (1818): "Ils seront tous unis par les liens de la plus intime charité et dans la parfaite subordination aux supérieurs, sous la dépendance desquels ils vivront dans la pratique exacte de la sainte obéissance."

"Arctissimis vinculis connexi". Attende ipsa verba electa quae singula expriment unionem, cohaesionem...

Si jam omnes christiani tenentur salvare super omnia unitatem inter se ipsos, a fortiori operarii evangelici, pro quorum unione Christus specialissime deprecatus est: Jo. XVII, 11sq. V. Fundator statim ab initio intellexerat necessitatem talis unionis arctissimae ad opus sacerdotale et apostolicum efficax: cf. Praef. et art. 1.



Unio, quam voluit P. de Mazenod pro suis Oblatis, non erit merum factum materiale cohabitationis in eadem domo, vestimenti uniformis...; nec unio mere juridica et administrativa... Sed unio viva cordium, animarum et activitatum. Realizatur per caritatem inter omnes et per obedientiam omnium: sunt duae virtutes unitivae insupplebiles...

a) Caritatis arctissima vincula.

Erga omnes... etiam erga Superiores (et ipsi indigent nostra caritate!)

Amor nobis propositus non est mere humanus qualis inter commilitones existere potest: camaraderie, esprit de corps, amicitia particularis..., nec urbanitas mere mundana, sed caritas evangelica, supernaturalis et theologica quae unit usque ad profunditatem nostri "esse" supernaturalis: "Ut sint unum, sicut Tu Pater in me et ego in Te." (Jo. XVII, 21). Cf. Circul. 191 (15-8-1951), p. 45sq. (T.V, p. 342sq.).

Ista caritas supponit et vivificat praxim justitiae omniumque virtutum socialium (veracitatis, aequitatis, affabilitatis, gratitudinis...) sine quibus vita communis est impossibilis...

Acta Cap. 1923, art. 61: "Cavendum omnino, ne, domi aut foris, detrahatur proximo et ne, in communitate, fraterna caritas laedatur."

Caritas simplex, ingenua, cordialis quae est nota characteristica vitae communis inter Oblatos non excludit convenientem urbanitatem (politesse). "Honore invicem praevenientes" (Rom. XII, 10), secundum consuetudines receptas et praescripta positiva: Cap. Gen. 1821, 1826, 1837, 1867; Acta Cap. 1949, art. 54; Circul. 137 (19-3-1927), p. 35 (tutoiement); Circul. 164 (19-3-1939) p. 33 (t. IV, p. 351ss): modus salutandi Superiorem Gen. Nullus defectus sinceritatis in his observantiis: sunt expressio nostrae reverentiae erga personalitatem humanam, christianam, religiosam, erga sacerdotium Christi, erga auctoritatem...

Regula loquens hic ex professo de caritate fraterna, 4 verbis, totam rem absolvit! Et caritas est virtus essentialis vitae christianae et religiosae. Praecise quia caritas habet quamdam universalitatem, totam nostram legislationem inspirat et perfundit: cf. Indicem alphabeticum sub voce "caritas" (ed. 5a, p. 238). V. Fundator amplissime et instantissime extulit momentum caritatis fraternae in vita oblativa... usque ad finem vitae: novissima verba ejus...

b) Obedientia quae est altera virtus unitiva in societate.

In opere apostolico nobis commisso, cooperatio fraterna ("Omnes autem vos fratres estis": Matth. XXIII, 8); sed cooperatio hierarchica, sicut eam voluit Christus pro sua Ecclesia. Cf. can. 108, §2; Pius XII, Exhortatio apost. "Menti nostrae" 23-9-1950, Ia pars.

Caritas quae nos intime unit, est fusio voluntatum, non autem confusio. E contra harmonia in diversitate functionum...

Sicut auctoritas christiana est caritas ordinans personas et res impo-nensque ordinem amoris (cf. Matth. XXII, 25-28); ita obedientia christiana est caritas exsequens ordinem amoris (un amour qui se fait obéissant). Cf. Praefationem, p. 16sq.

"omnes sanctae obedientiae... subjicientur", etiam superiores, et maxime isti. Cf. art. 228, 233, 234, 548, 583...

2) Humilitas. Art. 292-296.a) Locus (La place) humilitatis in vita oblativa. Art. 292.

Jam habetur ad litteram in ms. I (1818); v. ed. Missions, 1951, p. 55sq.

Est, pro Oblatis, non virtus accessoria, particularis, relicta quibusdam. Necessario penetrat in omnem veram vitam oblativam. Caritas et obedientia, quae sunt vincula Congregationis, eam praesupponunt; et si nondum haberetur, eam absque dubio inducerent: "Quo fiet, ut humilitatis virtutem..." Sicut caritas et obedientia, humilitas habet quamdam generalitatem, totam nostram vitam pervadit et in variis dispositionibus Regularum includitur: art. 61, 97, 98, 100, 198, 230, 232, 274, 290, 309, 583, 713...

Unde Oblati eam "sibi efficiant familiarem" tamquam conditionem, elementum normale suae vitae. Non sufficit facere aliquoties, occasionaliter, unum vel alterum actum humilitatis. Sed potius acquirere quasi mentalitatem verae humilitatis, ejus habitum...

Ad hoc pervenitur:

Per orationem sinceram, perseverantem, insistentem. Deus solus creare potest in nobis hanc humilitatem supernaturalem, constantem, universalem, quandoque heroicam...

Per convictionem personalem frequenti reflexione, meditatione acquisitam de necessitate absoluta humilitatis: "summopere necessariam, primariam et pernecessariam virtutem..."

In ordine executionis et causalitatis dispositivae humilitas est revera primaria et fundamentalis, praecedens ipsam Fidem, indispensabilis ceteris virtutibus omnibus totique aedificio morali. Sine humilitate impossibile est credere, sperare, diligere, sicut oportet. "Magnus esse vis? A minimo incipe! Cogitas magnam fabricam construere celsitudinis? De fundamento prius cogita humilitatis..." (S. August., Sermo 10 de verbis Domini: Brev. Rom., Commune Abbat. Homil., II, lectio VIII).

Speciatim "summopere necessaria in periculoso quod exercent ministerio..." V. Fundator, qui non scribit tractatum asceticum, non attendit ad rationes generales pro necessitate humilitatis, quae retinent omnem suam valorem pro Oblatis; sed unice ad argumentum desumptum e nostro ministerio sacerdotali-apostolico.

P. de Mazenod vocat illud "periculosum ministerium". Quicumque assumit functionem publicam, necessè est ut habeat conscientiam gravitatis, consequentiarum, responsabilitatis sui ministerii... Quam magis nos, qui assumimus functionem ordinis divini!... Vix forsitan suspicamur hanc gravitatem et possibilitatem periculi. P. de Mazenod in explicando insistit: "Cum enim..." Auctoritas, influxus et fructus nostri sacerdotii apostolici, si deest profunda humilitas, non potest nisi quam maxime amplificare et aggravare superbiam et vanitatem, et hoc in detrimentum

missionarii ipsius: humilis vita communitatis et ipsa vita religiosa magis ac magis apparent ut pondus intolerabile... Cum sibimetipsi sufficiat, Deus minuit gratias suas... Unde omnia timenda: luxuria, apostasia...

in detrimentum fidelium eorumque omnium quos deberemus ad Deum convertere. "Superbia clericalis" non est imaginaria... Ii qui subesse habent auctoritati sacerdotali-apostolicae illam confuse suspicantur, timent... Unde resistentia

passiva... et quandoque activa (anticlericalismus).

Timendum, ne Deus recuset suam benedictionem ministerio in quo quis quaerit seipsum: esset quasi inversio ordinis divini...

Sese exercendo serio in humilitate: "satis colere".

b) Praxis humilitatis inter Oblatos. Art. 293-296.

V. Fundator noluit pro nobis meram theoriam humilitatis, sed ejus realitatem, humilitatem dynamicam quae se manifestat et agit in vota quotidiana.

1) Directivae generales. Art. 293.

Non proponitur Oblatis humilitatis praxis qualiscumque, formalistica, sed praxis seria, perfecta, exigens. Sibi proponant gradus superiores humilitatis, saltem tanquam ideale concretum sincere acceptandum, patienter prosequendum. Est applicatio practica illius Praefationis "penitus abnegare semetipsos... vivere in statu habituali propriae abjectionis et in voluntate perpetua perfectionis apicem obtinendi..."

En isti gradus superiores humilitatis. V. Fundator eos nominat verbis propriis et claris (sous peine de nous "choquer"):

de ultimo loco sibi complacere... in ministerio (v. art. 20), in functionibus et muneribus, in variis conventibus... Il ne s'agit pas de "manoeuvrer" pour arriver aux places supérieures, en diminuant, abaissant peut-être des confrères... Ex hoc tamen non sequitur, nos debere manere inertes, cedentes timiditati, renuntiantes omni initiativae ne appareant nostrae verae aptitudines. Prae corde habeamus, ut semper impleamus meliore quo possumus modo munera et ministeria nobis commissa, ut res prospere succedant. "Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona..." Quod suo modo dixit Ozanam: "Ne pas se faire voir; mais se laisser voir". Si sumus in conditione inferiore, non simus quasi inexpediti (gênés), humiliati, irritati, murmurantes... "Sibi complacere": y être de bon coeur, être contents, le plus naturellement du monde. Ut perveniamus ad talem complacentiam, transcendere aspectum superficiale, apparentem rerum, iudicium mundanorum...

"abjectissima... domus ministeria... exercere": remplir les plus humbles emplois de la maison simplement, modestement, promptement, avec sollicitude. Etiam labor manualis (verrere cellam suam vel domum etc) non dedecet nos, sicut nec CHRISTUM Dominum... P. Lacordaire: "Le religieux est un homme qui a l'honneur de se servir lui-même."

Hoc non vult dicere quod omnes et singuli exercent modo habituali ista ministeria et servitia humilia. Committuntur uni vel alteri, et generatim fratribus (cf. art. 9, 772), et hi sibi specialiter applicabunt praesentem commendationem. Caeteri animum disponant in hoc sensu.

"confusi et contempti gaudebunt", sive per intraneos (remarques des Supérieurs, des confrères, en coulpe... critique de nos travaux, de nos sermons, réflexions désobligeantes en récréation... on nous laisse de côté...), sive per extraneos (in ministerio nostro... mundus scit nos humiliare et contemnere...).

Gaudebunt, sicut Apostoli: "Ibant gaudentes a conspectu consilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine JESU contumeliam pati". Gaudere de restaurato ordine laeso: pro culpis nostris verissimis, quae aliis forsitan latent, justam retributionem accepimus... Et superbia et vanitas nostrae efficaciter suffoduntur. "Bonum mihi, quia humiliasti me".

Desiderare et postulare occasiones humiliationum: "dum vero... a Superiore occasionem postulabunt..."

V.g. petere consensum Superioris ad parvas poenitentias faciendas in refectorio (genuflectere expansis brachiis...) quae potius sunt humiliationes quam mortificationes.

Vel melius adhuc, ostendere Superiori per nostrum modum agendi et loquendi, imo ei aliquando aperte dicere nos nihil aliud quaerere quam ut nobiscum agat pure et simpliciter secundum Regulas, ut nos habeat et tractet sicut veros Oblatos qui intendunt vivere secundum Regulas. Evolutio normalis nostrae vitae religiosae oblativae, observantia fidelis Regularum jam amplam materiam administrant humilitati: correctio concionum, acceptare ut nostri defectus vel negligentiae arguantur sive privatim sive publice in collatione spirituali, petere omnes licentias requisitas a Superiore forsitan juniore, observare praescriptiones de correspondentia mittenda vel recipienda...

## 2) Applicationes particulares. Art. 294-296.

De his solis legifert Regula s. Alphonsi in 2a Parte, cap. II, § II "Dell' Orazione ed esercizio di umiltà", art. IV: "Par-dessus tout, chaque membre de cet Institut devra regarder comme un grand honneur de pratiquer les plus viles occupations de la maison en vue d'acquérir la sainte humilité. C'est pourquoi les prêtres eux aussi serviront tour-à-tour à table et laveront la vaisselle. Pour donner l'exemple aux autres, le Recteur pourra servir un jour de la semaine, et le Ministre un jour servira à table et un autre lavera la vaisselle. Il ne sera jamais question de préséance parmi les Sujets, chacun ambitionnant de prendre la dernière place." Apparet quousque P. de Mazenod usus est isto textu... Textus hodiernus fere ad litteram jam habetur in ms. I (1818): v. ed. Missions, 1951, p. 56.

## Varia servitia in refectorio. Art. 294.

D.N.J.C. servitia adhuc viliora praestitit...

Etiam legere in refectorio est servitium praestandum!

## Commendatio facta Superiori. Art. 295.

## Numquam contentio de praecedentia. Art. 296.

In functionibus sacris, in ordine missarum, in refectorio et in variis conventibus... praesertim in adjunctis extraordinariis ubi magnus numerus Oblatorum convenit et caritas maxime salvanda est.

"Ultimum unusquisque locum ambire studeat", et hoc in omni simplicitate, sine affectatione. Cf. Luc. XIV, 7-11.

3) Mundi fuga. Art. 297-298.

Nulla modo concipi debet ut habitus sive dispositio vel modus se gerendi mere negativus: phobia mundi, timor anxiosus omnis contactus cum mundo, isolement lein du monde...

Nobis proponitur imprimis ut quid positivum: adhaesio ad domum religiosam.

a) Domus religiosa nostra frequenter repetenda et studiose inhabitanda.  
Art. 297.

Attachement à son couvent auquel on revient toujours, et volontiers. Quoad substantiam jam invenitur in programmatae summario subjecto auctoritati eccl. Aquensi 25-1-1816: "Au retour de leurs courses apostoliques, ils rentreront dans la Communauté pour s'y reposer de leurs fatigues en s'y livrant aux exercices d'un ministère moins pénible, et pour se préparer dans la méditation et par l'étude à rendre leur ministère encore plus fructueux, lorsqu'ils seront appelés à de nouveaux travaux." Cf. Rey, I, p. 191.

Textus quasi definitivus jam in ms. I (1818). Cf. ed. Missions, 1951, p. 56.

"Peracto missionum tempore..." Praevisum est activitates externas in mundo non perdurare indefinite, absque ulla interruptione... cf. supra, art. 288sq.

"in domus suae sanctum receptum... revertentur missionarii": Est enim quasi domicilium nostrum, centrum vitae nostrae (notre point d'attache), ad quod iterum atque iterum redimus. Non ergo in mundo quasi constituamus sedem nostram (s'installer dans le monde).

In domo nostra debemus normaliter quaerere relaxationem necessariam post laborem. Cf. Mgr de Mazenod, Acte de visite de N.D. du Laus, 28-5-1834: "Nous comprenons qu'après les fatigues des missions, nos Pères puissent avoir besoin de quelque soulagement; et, certes, leur santé est trop précieuse à nos yeux pour que nous nous refusions jamais à le leur accorder. Mais il est essentiel que dans ces soulagements l'obéissance et l'esprit de mortification, la Règle en un mot, conservent toujours leurs droits. Ainsi nous n'hésitons pas à décider que le Supérieur local doit accorder une heure de plus de sommeil pendant plusieurs jours, plus ou moins prolongés, en proportion de la privation qu'on a éprouvée de ce repos pendant le cours de la mission qu'on vient de faire." (v. Circul. Administr. I, p. 316).

Et quidem "laetantes revertentur": aestimare et amare domum nostram supernaturaliter, in spiritu fidei. Secundum s. Theresiam Abul., monasterium = "le petit coin du Bon Dieu". Responsabilitas omnium, Superioris et subditorum, ut revera ita sit, adjuvante praesertim vera charitate (art. 291): un vrai foyer familial...

Exemplum V. Fundatoris: ejus epistola julii 1816 e loco Bonneveine prope Massiliam, ubi P. Tempier eum miserat ad sanitatem recuperandam. "Y avez-vous bien pensé, mes bons frères, de m'en chasser si cruellement? Je suis ici comme un poisson hors de l'eau; mon unique consolation est de vous suivre dans vos pieux exercices..." Cf. Rey, I, p. 200.

Et exemplum DD. GUIBERT, O.M.I. Tempore quo fuit jam episcopus Viv. (Viviers) petivit a Fundatore, ut sibi mittatur exemplum novae editionis Constitutionum O.M.I., et addidit: "Je veux prendre de ce code sacré tout ce que

ma situation actuelle me permet d'observer, en attendant qu'il plaise à la divine Providence de me permettre d'aller la pratiquer sans restriction aucune, au fond de quelque-une de nos maisons, seul bonheur auquel j'aspire dans ce monde." Cf. Ortolan, I, p. 443.

Ista adhaesio ad propriam domum et commoratio ibidem minime est egoistica quaesitio nostrae tranquillitatis vel pigritiae... Sed e contra valde activa et studiosa. Ibi quoque sumus occupati in magnis operibus Dei, vacamus nostrae vocationi religiosae-sacerdotali-apostolicae: "être aux affaires du Père". "spiritum propriae vocationis renouvent": est indispensable! Manentes continuo in mundo, periculum incurrimus sumendi mentalitatem saecularem... Requiritur minima quaedam separatio affectiva, aliqualis solitudo, ut renove-tur et salvetur conatus, tendentia sincera et seria in perfectionem evangeli-cam, donum totale Deo factum. Notre volonté s'use terriblement vite!!! Retour constant aux sources...

"legem divinam meditentur, Scripturae Sacrae studio... incumbent": seria applicatio ad veritatem divinam inquirendam, assimilandam, contemplandam in oratione, lectione et studio. Cf. supra, art. 288; Circul. 61 (8-12-1896): T.R.P. Soullier de studiis Miss. Oblati; Circul. 92 (21-4-1907), p. 54sq. (t. III, p. 193sq.). "Episcopi se habent ut perfectores" (2.2. q. 184, a. 7). Oblati, ut sacerdotes-missionarii, partem habent in hoc munere episcoporum...

"studebunt insuper ad proximas missiones comparare... materias": necessi-tas sese renovandi continuo... Auditores in nostris instructionibus, lectio-nibus etc... persentiant vitam, laborem, conatum adaptationis...

V. Fundator frequenter admonuit suos, ut perseverent in labore: v.g. 25-8-1824 ad P. Courtès: "Je sens qu'Honorat doit avoir besoin de préparer quelque chose pour les Missions. En général, je crains qu'on ne sache pas assez ménager le temps. Vous ferez bien de surveiller cet article important à l'égard de tous. Tenez-y la main particulièrement pour Marcou..."

31-8-1854 ad P. Vincens: "Conseillez fortement au P. Fayette de se met-tre au travail, c'est-à-dire à l'étude et à la composition. Il s'était rouil-lé à l'Osier. Il ne faut pas perdre de vue que nous sommes missionnaires."

4-6-1830 ad P. Jeancard: "Ne perdez pas de temps à bailler aux corneil-les. Travaillez! Vous avez trop de talents pour n'être pas épouvantablement responsable d'une inaction que rien ne peut excuser à mes yeux. La petite course que vous venez de faire vous a suffisamment distrait. Mettez-vous à l'ouvrage, comme si vous étiez pressé. Ne le sommes-nous pas toujours dans cette vie fugitive, pendant le court espace de laquelle il faut pourtant que nous remplissions notre tâche?"

b) Principium de communicatione cum mundo vitanda secundum exigentias vocationis nostrae. Art. 298.

Habetur ad litteram jam in ms. I (1818): ed. Missions, 1951, p. 56sq.

Traditur nobis hic principium generale: dispositio animi sive mentalitas quam Oblatus nutrire debet circa suas relationes cum mundo.

Applicationes concretae et practicae alibi per pluribus locis traduntur: variant enim secundum diversas formas ministerii (v.g. art. 28, 32, 35, 40); secundum conditionem membrorum in Congregatione, v.g. novitiorum (art. 706, 707, 722sq., 726 sqq).

Modo autem generaliori et pro omnibus de his statuitur in paragr. II: "De relationibus cum proximo" et in paragr.V: "De itineribus".

Est aliqua "fuga mundi" quae se imponit omnibus baptizatis, et proinde majore cum necessitate religiosis, clericis, missionariis. Agitur de "mundo" in sensu morali-spirituale, et quidem pro certo mundo pure humano et terrestri, opposito radicaliter Deo ejusque regno, erigendo in normam supremam satisfactionem superbiae, dominationis, concupiscentiae, inspirato et subjugato a diabolo. Cf. Jo.XVII,9; I Jo.II,15;V,19; Jac. IV,4; Gal.VI,14; I Cor.II,12. Respectu hujus mundi verba Regulae "Nil illis cum mundo, quem omni cura vitantes..." retinent sensum suum plenissimum.

Est et alia "fuga mundi" quae specialiter convenit religiosis, clericis et apostolicis. Est enim quidam "mundus" designans universalitatem eorum qui ducunt vitam "saecularem" sive "communem", vacantes praecipue rebus temporalibus. In hujusmodi "mundo", etsi non sit oppositus Deo ejusque regno, attamen attenta praesenti conditione hominis, servitium perfectum et totale Dei ejusque regni redditur difficilior. Unde CHRISTUS Ipse consiliatur quamdam separationem ab isto mundo, sicut et dedit consilium paupertatis: Matth.XIX,21; 27-30; Luc. IX,59-62; I Cor.VII, 7sq, 25-36. Ita etiam Traditio et Jus Ecclesiae quae omnibus religiosis, imo et omnibus clericis imponit minimum separationis a mundo et rebus saecularibus: "Dominus pars haereditatis meae..."

Separatio ab hoc mundo admittit gradus, secundum diversas gratias et vocationes particulares. Apud Oblatos est illa quae convenit instituto religioso missionario.

"Nil illis cum mundo": ils n'auront rien de commun avec le monde; cum isto mundo qua tali, vacanti suis rebus temporalibus.

Et hoc quidem non ob despectum, nec ob defectum considerationis valoris et momenti rerum temporalium, nec ob insensibilitatem pro difficultatibus et praeoccupationibus eorum qui vacant curis vitae temporalis.

Sed quia habemus vocationes diversas, genus vitae differens... Nobis incumbit alia bona curare, alios valores salvare. Cf. Luc,XII,13sq. Etsi sacerdos et apostolus debeat esse "in mundo" (lux mundi, sal terrae), tamen semper esse debet testis alterius mundi, scilicet mundi spiritualis et divini, eique incumbit promovere "sensum Dei", proponere "mysterium Dei", suscitare et servare inquietudinem vitae spiritualis et aeternae. Hoc facit non solum verbis, sed etiam, et quam maxime - praesertim si est religiosus -, per totum vitae genus (caelibatus, solitudo, paupertas...).

"quem omni cura devitantes haud facile ad se patientur habere accessum..." quae omnia optime explicantur, si totus articulus refertur ad illas periodos anni, in quibus missionarii absoluto ministerio externo ducunt vitam religiosam in suis domibus.

N.B. 1. Frequentatio spectaculorum etc. Cf. can. 140; Acta Cap. 1949, art. 53; varia Statuta dioecesana.

N.B. 2. Mulieres famulantes in domibus nostris: cf. Acta Cap. 1949, art. 55; Circul. 137 (19-3-1927), p. 21 (t.IV,p.81).

N.B. 3. Usus instrumentorum radiophonicorum: cf. Acta Cap. 1949, art.56; Circul. 164 (19-3-1939), p. 28.

N.B. 4. Necessitas vitam agendi extra communitatem: cf. Acta Cap. 1949, art. 57-59. Non praetermittendum jus commune! Cf. can. 606; 638-639.

N.B. 5. Nomen suum dare societati extraneae: prohibitum absque Provincialis licentia. Cf. Acta Cap. 1949, art. 60.

### Paragraphus IIa

#### De Sacramentis et Directione

Sunt illius vitae christianae-religiosae virtuosae auxilia sive fontes excellentes.

Plures dispositiones hujus paragraphi jam inveniuntur in ms. I (1818), immediate post dispositiones praecedentes. Ipsa paragraphus 2a primitus apparet in ms. "Honorat" et in ms. II, et quidem jam sub titulo "Sacraments, Direction". Cf. supra, p. 163.

In Regula s. Alphonsi immediate post cap. de votis, scilicet in cap. II, tamquam paragraphus Ia "De la fréquence des Sacraments". Est valde brevis complectens 3 articulos, quorum duo priores aperte inspiraverunt P. de Mazenod, tertius refertur ad sacramenta infirmorum.

#### Divisio paragraphi.

- A) De Sacramentis, i.e. de Eucharistia et de Paenitentia. Art. 299-305. Omnia determinantur in ordine ad EUCHARISTIAM: missae sacrificium et communionem.
  - 1) Ea quae concernunt Oblatos-sacerdotes. Art. 299-302.
    - a) Magna lex de Missae sacrificio in vita sacerdotali Oblati. Art. 299.
    - b) Dispositiones particulares de "dignitate" celebrationis procuranda. Art. 300-302.
  - 2) Ea quae concernunt Oblatos-non sacerdotes. Art. 303.
  - 3) Ea quae concernunt omnes Oblatos. Art. 304-305.
- B) Directio spiritualis. Art. 306-307.

- A) De Sacramentis, i.e. de Eucharistia et de Paenitentia. Art. 299-305.

In legislatione nostra, et quidem statim ab initio, omnia ordinantur circa EUCHARISTIAM qua sacrificium et communionem. EUCHARISTIA est centrum nostrae vitae sacramentariae totiusque nostrae vitae cultualis, centrum nostrae vitae perfectionis christianae (unio cum Deo), nostrae vitae apostolicae (mysterium redemptionis applicatae, medium apostolatus valoris infiniti...).



I) Dispositiones respicientes Oblatos sacerdotes. Art. 299-302.

In Regula s. Alphonsi unicus articulus de hac re: "I. Les Prêtres s'appliqueront à donner toute l'édification possible, et vivront de manière à pouvoir célébrer dignement tous les jours. Aussi devront-ils se confesser au moins une fois la semaine. Et le Recteur de la Maison avec son conseil députera deux confesseurs à cet effet."

a) Magna lex de s. Missa in vita sacerdotali Oblati. Art. 299.

Ita jam in ms. I (1818): "Les prêtres vivront de manière à pouvoir célébrer, chaque jour, le très saint sacrifice."

Sacerdoti Oblato proponitur brevissime, clare et nerveuse haec magna lex suae vitae et missionis sacerdotalis.

"Sacrum facere": "mortis dominicae mysterium celebrare"... Est ministerium "sacrum" per excellentiam. Inter tot activitates sacerdotales illud potiozem locum obtinet.

"singulis diebus Sacrum facere". Lex nostra progreditur ultra legem communem: can. 805.

In tribus prioribus editionibus, parte Ia, cap. ii, paragr. 2a (Directorium pro Missionibus) legebantur sequentes articuli (agentes de missionaribus in itineribus apostolicis): "XII. Singulis diebus, sacrosancto Missae sacrificio celebrando satagent.

XIII. Si vero omnes quotidie sacrum facere omnino nequeant, unus saltem hoc tanto fruatur beneficio, caeteris, intra missam, communionem percipientibus.

XIV. Verumtamen omnia prius sunt pertentanda, quam pretioso tanti Sacrificii fructu priventur Missionarii, ab eo dumtaxat abstinentes, quando aliter fieri nequit."

Mgr de Mazenod, Actus visitationis provinciae Angliae, 22-7-1850: "Ne vous abstenez jamais de dire la ste Messe, sous quelque prétexte que ce soit. Le tort que vous feriez à vous-mêmes et à l'Eglise, la gloire que vous refuseriez de rendre à Dieu et toutes les autres raisons que vous connaissez et qu'il est inutile de rappeler ici, m'obligent de vous en faire un devoir de conscience. Ce serait s'écarter entièrement de l'esprit de notre Institut et de ce qui s'y est constamment pratiqué que d'agir autrement. Je pourrais citer l'exemple de tous nos Pères jusqu'à vous qui n'ont jamais reculé devant les plus grandes difficultés ni devant les privations les plus pénibles pour avoir le bonheur d'offrir le St Sacrifice...

J'insiste sur ce point parce qu'à mon grand étonnement j'ai rencontré quelques-uns de nos Pères coupables de cette impardonnable et véritable infraction à l'une de nos Règles les plus essentielles, et cela peut-être pour avoir vu d'autres prêtres ne pas se faire une peine de ne pas dire la Messe quand il faudrait se gêner un peu pour cela..."

"Sacrum facere digne!.. cf. I Cor. II,22-33 ("... itaque quicumque manducaverit panem hunc, vel biberit calicem Domini indigne: reus erit corporis et sanguinis Domini..."). Oratio Ss. Sacramenti: "Deus... ita nos corporis et sanguinis tui sacra mysteria venerari..." --- ut B.V.M. "Agnoscite quod agitis. Imitamini quod tractatis..." (Pontificale Rom., Ordinatio sacerdotis).

"Ita vivam presbyteri, ut...", ita ut tota vita nostra sit quasi praeparatio generalis et habitualis ad missae celebrationem. Ille qui Sacrum facit quotidie licetne ei vivere sicut qualiscumque? ducere vitam vulgarem? Homo non est paratus Sacrum facere "impromptu"... Ita hodie vivam tamquam cras celebraturus

b) Dispositiones particulares de "dignitate" celebrationis procuranda.  
Art. 300-302.

1) De puritate animae per frequentem confessionem. Art. 300.

Textus.

Secutus est evolutionem juris communis. In ms. I (1818) legebatur: "A cet effet ils se confesseront au moins une fois la semaine à un prêtre de la Société, à moins que le supérieur, pour des raisons majeures, ne juge à propos de permettre à quelqu'un de se confesser à un prêtre étranger."

Le supérieur local, aidé de son Conseil, désignera pour cela deux confesseurs de la maison."

Apparet concordantia et discrepantia cum textu Regulae s. Alphonsi (supra, p. 177).

In ms. "Honorat" primo apparet textus qui transibit in editiones latinas et approbabitur a S. Sede: "Art. 2. A cet effet ils se confesseront au moins une fois la semaine, et plus souvent s'ils le peuvent, à un prêtre de la société, à moins que le Supérieur pour des raisons majeures ne jugeât à propos de permettre à quelqu'un de se confesser à un prêtre étranger."

Ita etiam in ed. Ia (1827): "II. Quapropter, peccata sua semel saltem in hebdomade, saepius etiam si facultas fuerit, confiteantur sacerdoti Societatis, nisi superior gravibus de causis, apud externum confiteri aliquos permiserit."

In ed. 2a (1853) supprimitur vocabulum "saltem" et legitur "saepius etiam si libuerit"...

In ed. 4a (1910), art. 318, supprimitur "gravibus de causis" et legitur "nisi Superior apud externum confiteri aliquos permiserit".

In ed. 5a (1928) modificatur casus exceptus conformiter ad can. 519 et jam legitur "nisi, ad suae conscientiae quietem..."

Commentarium.

Confessio frequens proponitur et imponitur nobis tamquam medium excellens procurandi illam puritatem et dignitatem vitae requisitas ad "Sacrum digne faciendum singulis diebus". Revera,

Est sacramentum, ideoque CHRISTUS JESUS Ipse intervenit ut sacerdos principalis, conferens gratiam... sicut, suo modo, in baptismo, in confirmatione, in ordinatione...

Est sacramentum justitiae divinae, restaurans vel confirmans ordinem divinum plus minusve laesum per peccatum. Jamvero ordo Deum inter et nos est amicitia. Paenitentia est proinde sacramentum amicitiae divinae restaurandae, purificandae, confirmandae. "Misericordia et veritas obviaverunt sibi. Justitia et pax oscultatae sunt".

Est schola optima formationis. Illud recipiendo, non quasi ex consuetudine nec mere formalistice, sed debita praeparatione, spiritu supernaturali,

paenitens sese efformat ad cognitionem suiipsius, ad vitam lucidiorem (plus réfléchie, plus consciente), ad humilitatem, ad puritatem cordis... Confessarius instruit, corrigit, hortatur, stimulat, consolatur... In particulari hoc sacramentum rite susceptum restaurat et firmiter stabilis aequilibrium animae, quod est tanti momenti in vita religiosa-sacerdotali-apostolica: eo fit, ut quis media et segura via intercedat inter laxismum, negligentiam (laisser-aller) et meticulositatem, scrupulositatem, inquietutinem anormalem, servans "justum medium" conscientiae delicatae, lucidae, pacatae et confidentis...

"Semel in hebdomade": est mensura normalis in vita religiosa-sacerdotali, si quis vult servare fervorem et progredi. Cf. can. 595, §1, no 3. "Saepius etiam si libuerit": can. cit. innuit... Exemplum v. Fundatoris...

"confiteantur sacerdoti Societatis": ita normaliter et secundum regulam generalem, quae dispositio sancitur etiam novo jure: can. 519. Congregatio habet jus et obligationem fermandi suos secundum ideale suum proprium, approbatum ab Ecclesia. Jamvero ista formatio spiritualis quam maxime traditur occasione confessionis.

Casus exceptus: "nisi, ad conscientiae quietem..." cf. can. 519 et commentaria moralistarum et canonistarum.

N.B. De jurisdictione Oblatica: est jurisdictio fori interni sacramentalis delegata a Summo Pontifice Superiori Generali qui eam subdelegat omnibus sacerdotibus Oblatis qui rite et integraliter terminaverunt quadriennium theologicum, certis sub conditionibus,

exercenda in omnes Oblatos, professos vel novitios vel postulantes, imo et in omnes qui in domo religiosa Congregationis diu noctuque degent causa famulatus aut educationis aut hospitii (can. 514, §1), ergo etiam in junioristas et aspirantes. Cf. Circul. 17 (29-6-1866); Circul. 189 (2-5-1951); Missions, décembre 1938, p. 573.

Historia jurisdictionis Oblaticae. Cf. Circul. 17 (29-6-1866).

Leo XII die 23-4-1826 nobis concessit "communicationem privilegiorum" cum Congregatione Ss. Redemptoris ("omnia et singula indulta, privilegia, indulgentias, facultatesque Congregationis Ss. Redemptoris, iisdem Oblatis eorumque ecclesiis, cappellis et domibus communicat...").

Exinde putaverunt nos frui quoque privilegio exemptionis a jurisdictione Ordinariorum, et V. Fundator frequenter affirmavit talem fuisse intentionem Ss. Pontificis. Consequenter habebant nostram jurisdictionem ut ordinariam, sicut in Ordinibus religiosis, cum jure reservandi peccata in Congregatione, aliisque consecretariis.

Ita Cap. gen. 1837 statuit in can. 4: "Il y aura dans chaque maison un directeur spirituel nommé par le T.R.P. Général pour entendre exclusivement, avec le Supérieur local, les confessions des membres de la communauté." (Vide primum sic dictum "Personnel" Congregationis, 1854).

Ibid., can. 5: "En vertu de nos privilèges et conformément à la pratique universelle des Corps religieux, on établira des cas réservés dans la Congrégation pour certaines fautes plus graves et plus contraires au bien de la Société." Ibid., can. 21: "Ont été réservés en Chapitre les 9 cas suivants:

- 1) Discordiarum seminatio inter patres et fratres.  
(Cap. gen. 1843 addidit: "item et detractatio contra eosdem").
- 2) Congregationis contemptus manifestatus verbis, scriptis vel actibus.
- 3) Ter debite admoniti in idem, per diem naturalem, obedire renuentes.
- 4) Extraneos consulere, etiam in actu confessionis, circa vocationem et interpretationem votorum oblationis nostrae.
- 5) Quaerimonias habere contra superiores proprios et eorum actus.
- 6) Confiteri externo sacerdoti absque licentia debita.
- 7) Quidquam in Congregationis detrimentum extra Congregationem patefacere.
- 8) Accéptio seu missio litterarum quae habeat materiam peccati mortalis.
- 9) Appropriatio cujuscumque rei rationem habentis peccati mortalis in materia furti."

Cap. gen. 1856, can. 6, addidit sequentem reservationem: "Cap. gen. declarat reservatum superioribus, et, ipsis absentibus, his qui eorum locum tenent, omne peccatum mortale contra sextum Decalogi praeceptum in sua specie opere consummatum. Cap. gen. 5-12-1861, can. 8 sic modificat praecedentem reservationem: "... omne peccatum mortale contra sextum Decalogi praeceptum cum complice in sua specie opere consummatum."

Dubio nato de existentia privilegii "exemptionis" pro nostra Congregatione, RR.P. FABRE, Sup. gen., submittit rem S. Sedi S. Congr. Episcoporum et Regularium die 5-1-1866 declarat inexistentiam exemptionis pro nobis... Proinde, nulla jurisdictio ordinaria in Congregatione, plena dependentia ab Ordinariis locorum pro jurisdictione sacramentali, nullus casus reservatus a Capitulo generali;... plena dependentia ab Ordinariis locorum pro concessione Litterarum Dimissorialium...

Attamen, S. Sedes supplevit per indulta particularia per pluribus facultatibus et quidem in particulari per indultum 2-3-1866 concessis "jurisdictionem oblativam" (supra p. 179). Cf. Circul. 17, p. 4 sq.

## 2) Observanda circa ipsam celebrationem s. Sacrificii. Art. 301-302.

Istae duae dispositiones jam in ms. "Honorat" (ed. Etudes Oblates, 1943, p. 38), et quidem ad litteram. Textus latinus idem permansit ab initio, exceptis duabus expressionibus sensu manente eodem.

Similes dispositiones leguntur apud S. Ignatium: Regulae Societatis Jesu, Regulae Sacerdotum, No 5. "In ipsa celebratione Missae caeremonias praescriptas unusquisque accurate observet; pronuntiationem et quamcumque aliam externam actionem ita moderetur ut non minus aliorum aedificationi quam propriae devotioni serviat; et ideo semihoram in faciendo Sacro nec multum excedat, neque ita brevis sit ut illam non expleat."

## Perfectio externa liturgica. Art. 301.

Est applicatio legis generalis Ecclesiae: cf. can. 818. Ordinare cultum publicum pertinet ad Ecclesiam, et non ad quemcumque particularem. Cf. Pius XII, Encycl. "Mediator Dei et hominum" (20-11-1947).

Cura sive applicatio ad obtinendam et servandam istam perfectionem liturgicam in celebratione tanti Sacrificii. Non est habenda ut res minimi momenti (mesquinerie), infra nostram dignitatem... nec ut "formalismus" indignus cultui Dei "in spiritu et veritate"... Sine dubio non est pars praecipua, essentialis, cultus divini. Est elementum corporale adorationis in

spiritu et veritate, et pro tanto debet esse informatum et vivificatum spiritu fidei et virtute religionis (can. 818: "Sacerdos accurate ac devote servet rubricas"). Est humilis reverentia, adoratio corporis nostri... Sustentat et praeservat pietatem interiorem fovendo sensum transcendentiae Dei ("Pater immensae majestatis")... Observare rubricas sollicitè, simpliciter, absque contentione, minime nocet cultui interiori; e contra! Exemplum S. Theresiae Abul. S. Theresiae a Jesu-Infante, Patris Fundatoris... Aedificat proximum.

"eas optime calleant": habere earum cognitionem perfectam (être familiarisé avec elles) est pars scientiae ecclesiasticae. Non est quid supererogatorium relictum initiativae quorundam amatorum...

"illas quotannis perlegent...": est unicum medium acquirendi veram familiaritatem cum eis... Periculum oblivionis et contrahendi paulatim "manias" lugendas...

Eas perlegere ante omnia in ipsis libris liturgicis Ecclesiae, in Missali Romano...

Duratio conveniens. Art. 302.

Id quod importat ante omnia in hac materia, non est taxatio materialis; sed fervor virtutis religionis: per eam quasi spontanee facimus quod convenit. Ne jamais s'habituer à dire la Messe! Qu'elle reste toujours un "événement" de notre journée!

Mgr de Mazenod, Circul. 2-2-1857: "C'est un si grand désordre de mal dire la Ste-Messe, que j'appelle sur ce point d'une manière toute particulière l'attention et charge la responsabilité des Supérieurs. La Règle s'exprime ainsi: Ut reverentia sanctis mysteriis debita... dimidium horae, nec multo plus, nec multo minus insumant in celebratione Missae. J'ajoute que je regarde comme un vrai scandale la précipitation dans la célébration des Ss. Mystères, et qu'il faudrait, s'il en était besoin, recourir à des punitions contre celui qui s'en rendrait coupable..." I, p. 119.

N.B. Varia indulta concessa Oblatis circa celebrationem Missae.

Cf. Sackett, Privilegia Missionariorum O.M.I., 1955 (Missions, no 287):

No. 10: omnes sacerdotes Oblati gaudent facultate personali Altaris privilegiati quater per hebdomadam.

No. 11: insuper, altare majus ecclesiarum nostrarum - et, deficiente ecclesia, oratorii proprii domus - est privilegiatum.

No. 57: facultas celebrandi, in casu necessitatis, abhinc duabus horis ante auroram usque ad duas horas post meridiem (v. etiam No 54).

No 63: facultas celebrandi, durantibus itineribus, in oratoriis privatis.

No 56: imo in domibus privatis, ubi missionarii nostri tempore missionis habitant.

No. 64: durante itinere maritimo celebrare in mari, servatis servandis, e licentia Superioris Generalis, qui licentiam generalem concedit pro omni itinere maritimo legitime suscepto.

No. 65: celebrare sine ministro, in casu necessitatis et servatis servandis, de licentia a Superiore Generali petenda.

No. 75: Kalendarium Congregationis sequi possunt omnes sacerdotes Oblati in ecclesiis et oratoriis dependentibus ab Ordinariis locorum, si illorum

Rector pro tempore est sacerdos Oblatus. (S.C. de Religiosis, 10-7-1954).

Ampliora indulta pro Missionariis externarum missionum secundum facultates suorum Ordinariorum locorum.

## II) Dispositiones respicientes Oblatos non-sacerdotes. Art. 303.

En textus Regulae s. Alphonsi qui inspiravit nostrum textum primitivum: "III. Ceux qui ne seront pas prêtres communieront à toutes les fêtes de précepte, et le mercredi et vendredi de chaque semaine, et ils se confesseront deux fois la semaine. Et pour le plus grand profit des frères, il y aura dans chaque maison un Préfet spirituel, pour les instruire dans les principes de la foi et dans l'observance des Règles."

Textus noster successive evolvitur secundum evolutionem Juris communis et progressum praxis communis.

Ms. I (1818) reproducit articulum s. Alphonsi fere ad litteram. V. ed. Missions, 1951, p. 57.

In ms. "Honorat" additur post dispositionem de communione facienda "Les Diacres toujours revêtus de leur étole selon la couleur du jour." Et cancellatur additum de Praefecto spirituali desumptum e s. Alphonso.

Abhinc isto manuscripto tota res disponitur per duos articulos quorum prior agit de communione et alter de confessione. Ita usque ad 4am ed. (1910) inc.

In ms. II: Ceux qui ne sont pas prêtres feront la sainte communion tous les dimanches, les fêtes de précepte..." Ita usque ad ed. 4am incl.

In ed. 2a (1853), art. VI: "Semel saltem per habdomadam confiteantur." (Non "bis" ut antea legebatur.)

In ed. 5a (1928): unicus articulus 303, agens per prius de confessione et postea de communione: "Qui sacerdotio non (loco vocabuli "nondum" editionum praecedentium) sunt insigniti semel pariter (loco vocabuli "saltem" editionum praecedentium) peccata (additur in hac ed.) confiteantur. Curent in super ita sancte vivere..." conformiter ad decreta S. Pii X et ad can. 595, §2.

### Commentarium.

Confessio sacramentalis: semel per habdomadam, sicut sacerdotes, et pro iisdem rationibus. Est mensura communis pro omnibus religiosis. Cf. can. 595, § 1,3.

Communio frequens imo quotidiana. Pro omni Oblato centrum totius suae vitae et cujusque diei debet esse S. MISSA, et quidem Missa integralis, includens scilicet communione eucharisticam. Cf. can. 595, §1,2.

Missae sacrificium est actus religiosus per excellentiam. Unde maxime convenit religiosis...

Communio eucharistica praeparat eminenter consummationem vitae supernaturalis quae consistit in unione cum Deo: Qui manducat meam carnem... manet in me et ego in eo." Religiosus, vi obligationis essentialis et primordialis sui status, tendere debet ad charitatem perfectam. Jamvero, Eucharistia est sacramentum amoris.

Scolastici sunt essentialiter Oblati qui sese praeparant ad sacerdotium... et proinde etiam, imo ante omnia et specialissimo modo, ad Missam quotidie digne celebrandam. Nulla autem praeparatio melior quam in ea partem habere quotidie, et quidem active et integraliter (per communionem).

Et Fratres laici finem proprium suae vocationis potissimum implent assistendo Divino Sacrificio suorum fratrum sacerdotum eique inserviando, si possibile, et simul cum eis communicando. Cf. Circul. 181 (1-11-1947), p. 27.

P. de Mazenod adducebat suos versus communionem frequentiore[m] statim ab initio reagendo contra praxim vigentem. Cf. art. 136, 141, 352 (substantia horum articulorum est ab ipso Fundatore); item in Seminario Massiliensi (Scolastici nostri ibi sedem habebant ab anno 1827): "La communion fréquente y fut établie dès les premiers jours, à la différence de la plupart des autres Séminaires. L'adoration quotidienne du St-Sacrement s'y pratiqua toujours avec bonheur et empressement. Tout ce qui se rattachait au culte de la Ste-Eucharistie, du Sacré-Coeur et de la Ste Vierge était l'objet de l'enseignement et de la pratique de chaque jour." Rey, I, p. 428.

"Curent ita sancte vivere, ut..." non quia communio esset quasi praemium vitae perfectae; sed quia communio est actus vitalis et humanus, et quidem actus vitalis-humanus eminens. Exigit proinde ex parte nostra dispositiones subjectivas, sicut nutritio corporalis, ut sit utilis et proficua, exigit dispositiones subjectivas, sine quibus alimenta optima nihil proficiunt.

Istae dispositiones sunt pro religioso, sicut pro caeteris christianis, "status gratiae et recta intentio" (Pius X). Haec autem recta intentio implicat pro Religioso voluntatem ut, sacramento adjuvante, tendant in perfectionem, progrediantur in caritate, impugnent vitia... St François de Sales: "Je communie souvent parce que je suis imparfait, mais c'est pour devenir parfait."

### III. Dispositiones respicientes omnes Oblatos. Art. 304-305.

#### a) Praeparatio propinquior ad s. communionem et missae celebrationem. Art. 304.

Articulus primo apparet in ms. "Honorat", art. 7: "Ils n'attendent pas que les jours fixés pour la communion soient arrivés pour s'y préparer, ils s'en occuperont dès la veille ainsi que le lendemain."

Textus actualis est ad litteram art. VII editionis Iae (1827).

Praeparatio remota et habitualis: conatus quotidie renovatus ad sanctiorem vitam. Cf. art. 299, 303.

Praeparatio propinquior: dirigere frequentius mentem in communionem recipiendam, Missam celebrandam... fovere desiderium et gaudium de communionem, celebrationem mox secutura: utique desiderium et gaudium spiritualia, fide nutrita... melius adimplere suas obligationes status, fidelitas delicata... acceptatio generosa sacrificiorum, minorum et majorum quae forsitan occurrunt. charitas fraterna praesertim exercenda: cf. Matth. V, 23-24.

Haec omnia sunt quasi "oleum cum lampadibus", quo habito securi possimus exire obviam Sponso.

Mane ipsa meditatio erit optima praeparatio proxima... Versus finem meditatio ordinetur explicitius et instantius in Missam et communionem jam instantes...

Cur quandoque non faceremus praeparationem liturgicam ante Missam "pro opportunitate celebrantis", prout invenitur in Missali Romano et in Breviario?

b) Gratiarum actio. art. 305.

Iste pariter articulus primo apparet in ms. "Honorat", art. 8. Cf. ed. Etudes Oblates, 1943, p. 39; in ms. II: v. ed. Missions, 1951, p. 125.

In ed. Ia (1827) legitur: "VIII. Gratiarum actio... dum opportunitas feret, omnibus superpellicio indutis, si fieri possit; idque etiam presbyteros respicit quoad preparationem gratiarumque actionem post missam."

Jam Cap. gen. 1837, can. 14, derogavit obligationi ferendi superpellicium: "En considération de l'habit religieux dont nous sommes revêtus et des privilèges qui y sont attachés, on pourra, dans nos maisons, faire la préparation à la Ste Messe et l'action de grâces sans surplis."

Textus definitivus, prout eum hodie adhuc habemus, est art. VIII ed. 1853.

"Gratiarum actio" locum primordiale tenet in religione Filii Dei, Summi et Aeterni Sacerdotis: illud "Pater, gratias ago tibi" frequenter redit in sua liturgia, praesertim in Ultima Cena...

Iter in religione Apostolorum, Ecclesiae primitivae et Ecclesiae omnium temporum: formula "ut in gratiarum semper actione maneamus"...

Ratio est quia tota oeconomia divina resumitur in "Dono Dei": Pater omnia donavit Filio, Filius datus est nobis, Spiritus Sanctus "Donum Dei" per excellentiam...

Ista gratiarum actio quam maxime desideratur post sacrificium "eucharisticum" et s. communione, quae sunt quasi recapitulatio totius oeconomiae salutis.

Gratiarum actio de qua hic habet maximam amplitudinem, diversitatem et libertatem, qualis haberi potest et debet in praesentia illius qui est ipsa Gratia substantialis, personalis, et Auctor omnium gratiarum.

Unde complectitur non solum gratiarum actionem stricte dictam (actum gratitudinis), sed omnes fere actus virtutis religionis (adoratio, devotio, oblatio, petitio...), actus virtutum theologiarum cum suis actibus adnexis (gaudium, admiratio, timor filialis...), aliarumque virtutum (humilitas, contritio, resolutiones...).

Communitio eucharistica est sacramentum unionis. Unde, gaudere de unione praesente (sicut Maria ad pedes JESU). Praeparare unionem magis stabilem, magis totalem pro futuro petendo Dominum ut nos transformet (cf. orationem S. Thomae "Gratias tibi ago"). Sese praeparare ad unionem aeternam: communitio = pignus vitae futurae, et missa habet characterem eschatologicum (cf. orationem praedictam S. Thomae et sequentem "Transfige, dulcissime Jesu"). Ita gratiarum actio facile fieri potest quasi oratio mentalis supplementaria. Est momentum "hauriendi aquas de fontibus Salvatoris".

"ad horae quadrantem, ad minus... et ad dimidium horae...": gratiarum actio postulat quandam durationem temporalem. Reverentia debita praesentiae specierum eucharisticarum eam exigit; et etiam necessitas quaedam psychologica: actus nostri etiam spirituales dependentes normaliter a vita nostra corporali, indigent evolvi in tempore, ut sese realizent plenius, profundius imprimantur in nostra existentia, virtualiter perseverent, sint efficaces et frugiferi.

"idque a fortiori presbyteros respicit... pro ss. Missae sacrificio". Sacerdos Missam celebrans non est sicut officialis adimplens actum praescriptum



et statim transiens ad alia... Quid de sacerdote qui de lecto accedit ad altare celebraturus, et ab altari subito transit ad aliam quamcumque occupationem? Missae sacrificium est eventus transcendens in vita quotidiana sacerdotis et Ecclesiae. Celebrans meminerit semper admonitiones Episcopi ordinantis: "Agnoscite quod agitis... mortis dominicae mysterium celebrantes." Sachez bien ce que vous faites, vous qui célébrez le mystère de la mort du Seigneur!

B) Directio spiritualis. Art. 306-307.

I) Notae praeviae.

a) Agitur hic - et hoc valet quoque pro omnibus textibus anterioribus Constitutionum nostrarum - de directione spirituali stricte dicta, scilicet de directione fori interni sive conscientiae (manifestare intima cordis: tendentias, affectiones, tentationes, angores et cruciatus internos, illuminationes aliasque gratias internas, bona desideria, resolutiones...).

Non est hic questio de directione fori externi, quaeque vocatur frequenter "visite filiale", et cujus objectum sunt status sanitatis, studia, ministeria externa; officia domestica, relationes cum externis, observantia Constitutionum, vita communitatis... Talem directionem Superiores exercere possunt et debent: est pars sui muneris.

b) Fontes nostrae legislationis primitivae de directione spirituali.

1. In forma primaeva vitae religiosae, scilicet eremitica, non alii superiores quam "seniores" (les anciens) qui sunt magistri spirituales juniorum...

Vigente forma coenobitica vitae religiosae, abbas est magis magister spiritualis suorum monachorum quam superior praepositus gubernio externo coenobii. Ille est ipso suo officio director spiritualis subditorum. Fuit contrarium ejus quod hodie accidit: administratio externa magis ac magis praedominatur, superior vix est "magister spiritualis" suorum.

2. Regula s. Ignatii pro Societate Jesu magis immediate influxit in compositionem nostrae Regulae. S. Ignatius pluries insistit in obligatione manifestandi conscientiam Superioribus vel eis qui a Superioribus ad hoc designantur. Constitutiones Societatis Jesu, Examen generale, cap. IV, no 34: "Re in Domino considerata, visum Nobis est in Divinae Majestatis conspectu, mirum in modum conferre, ut Superioribus subditi omnino perspecti sint: quo melius regi et gubernari, et per eos in viam Domini dirigi possint."

Ibid. no 35: "Praeterea, quanto exactius Superiores res omnes, internas et externas, suorum noverint, tanto majori cum diligentia, amore et sollicitudine juvare eos, ipsorumque animas a variis malis et periculis, quae in progressu possent accidere, conservare poterunt. Cum etiam semper parati esse, juxta Nostrae Professionis rationem et procedendi modum, ad discurrendum per has et illas mundi partes debeamus, quandocumque per Summum Pontificem vel per Superiorem nostrum immediatur fuerit nobis injunctum: ut melius secundum Dei voluntatem hujusmodi missiones fiant, his et non illis mittendis, vel his ad hoc munus, illis vero ad alia; non solum refert valde, sed summopere, ut Superior plenam habeat notitiam propensionum ac motionum animi, et ad quos defectus vel peccata fuerint vel sint magis propensi et inclinati, qui

sub ejus cura sunt: ut ejus rei habita ratione, melius ipsos dirigere possit; nec supra mensuram virium suarum in periculis vel laboribus gravioribus, quam in Domino ferre suaviter possint, constituat; et etiam ut (quae audit, sub secreti sigillo custodiendo) melius Superior possit ordinare ac providere, quae corpori universo Societatis conveniunt."

Ibid. no 36: "Ideoque quicumque hanc Societatem in Domino sequi volet, et in eadem ad majorem Dei gloriam manere, priusquam ad primam Probationem accedat, vel postquam ingressus fuerit, antequam generaliter examinetur, vel post examen intra aliquot menses (si Superiori differendum videretur), sub sigillo Confessionis, vel secreti, vel quacumque ratione ei placuerit, et ad majorem ipsius consolationem fuerit, debeat conscientiam suam magna cum humilitate, puritate et charitate manifestare, re nulla, qua Dominum universorum offenderit, celata; et totius anteactae vitae rationem integram vel certe rerum majoris momenti Superiori, qui tum fuerit Societatis, vel cui ex Prae-positis, vel aliis ex inferioribus ille injungerit, prout magis convenire videretur, reddat; ut melius omnibus in Domino prospiciatur, ipseque magis in spiritu cum gratia uberiori, ad majorem Divinae Bonitatis gloriam proficiat."

Deinde conscientiae manifestatio imponitur novitiis et scolasticis facienda semel in semestre, Professis et Coadjutoribus formatis semel in anno. Ibid. no 37-40.

Item in "Regulae Societatis Jesu", Summarium Constitutionum, no 40-41. Constitutiones Societatis Jesu, 3 Pars, cap.I, n.12; 4a pars, cap.X, n.5; 6 Pars, c.I, no 2.

P.de Mazenod cognovit doctrinam et legislationem S. Ignatii de manifestatione conscientiae saltem per Rodriguez, La pratique de la Perfection chrétienne, 3e partie, 7e traité.

3. S. Vincentius a Paulo, Regulae Congregationis Missionis, c.X, a.11: "Et sicut vix in virtute progressum facere quis potest sine alicujus Directoris spiritualis adjumento, ... omnes et singuli rationem conscientiae, juxta formulam in Congregatione tradi solitam, Superiori aut alicui ab ipso deputato, saltem tertio quoque mense, maxime dum Exercitiis spiritualibus vacabunt, et quoties id Superiori visum fuerit, cum omni sinceritate et devotione reddent."

4. Regula S. Alphonsi, 3a pars, cap.I, §v, n.6: "Le Recteur local exigera chaque mois le compte rendu de la conscience de tous ses sujets et visitera les chambres de chacun d'eux."

c) Evolutio historica nostrae legislationis sequentis evolutionem juris et praxis communis in hac materia.

1. Nostra legislatio anterior usque ad annum 1866.

Dispositiones de manifestatione conscientiae facienda Superioribus primo apparet in ms. "Honorat" in praesenti paragrapho post art. 8: "Une fois par mois chaque sujet se présentera devant le Supérieur pour lui faire connaître son intérieur..." Cf. Edition des Etudes Oblates, 1943, p. 39sq.

Istae dispositiones transeunt in textum latinum et approbantur a S.Sede 1826. Leguntur in ed. Ia (1827):

IX. Semel in mense, unusquisque de Societate coram superiore se sistet, ut ipsi intima cordis aperiat, regulas et consilia accipiat, quae juxta sapientiae dictamina, ad majorem in pietate et perfectione profectum, unicuique sint profutura.

X. Haec regula, quae, ex sancto Ignatio, maximi est momenti, praescribit ut superiori quisque perspectus sit sicut sibi: "Ut superioribus subditi omnino perspecti sint". (Exam. 43).

XI. Id autem, non ad utilitatem tantum subditorum quae maxima sane est, sed ad bonum generale Societatis, ut Superior illos quibus varia commissurus est munera, dignoscat, sicque Societatis honor, subditique salus, minime periclitentur.

XII. Quocirca necesse est, ut iterum ait s. Ignatius, idque refert summopere, "ut Superiori omnino perspectae sint inclinationes, tentationes eorum omnium qui suo subsunt regimini, ac insuper defectus et peccata, in quae praecipue labuntur, ne quidquam ulli supra vires praecipiat, neque onera humeris imparia imponat"; sancti illius fundatoris ista sunt verba, a Rodriguez commentata, cujus nos et mentem sequimur et verba in nostro Instituto.

XIII. Non solum tenetur unusquisque se ipsum aperire superiori, sed omnes etiam culpas illi patefacere, defectus et imperfectiones aliorum de Societate fratrum, quorum notionem extra confessionem habuerit, quin ullam teneatur praemittere monitionem, nec ante, nec post admonitum superiorem." Non obstante animadversione Card. Pallotta etiam iste art. XIII transivit in ed. authenticam approbatam a S. Sede. Supprimitur quidem hic anno 1867; sed permanet in paragr. de Novitiatu (ed. 5a, art. 703). Cf. Leyendecker, Prolegomena, p. 326.

Idem articuli leguntur in ed. 2a (1853).

## 2. Periodus ab anno 1866-1917 (quo in lucem prodit Nov. Codex).

Reactio contra manifestationem conscientiae faciendam superioribus, S. Sede pluries interveniente, propter varias rationes: abusus, praesertim in institutis laicalibus fratrum et sororum; mens S. Sedis accuratius separandi gubernium fori externi et interni, salvandi ante omnia libertatem conscientiae.

Circul. 19 (29-6-1866), no IX (t.I, p. 160): "Le Souverain Pontife attire notre attention sur la Direction en usage dans notre famille et si formellement recommandée par nos Saintes Règles et tous les maîtres de la vie spirituelle. Il désire vivement que la liberté la plus complète soit laissée à tous et qu'aucune question ne touche à ce qui pourrait être affaire de conscience et matière seulement de confession."

Cap. Gen. 1867 (Autun) supprimit art. IX-XIII, prout voluit Sacra Congregatio, eisque sufficit hunc unicum art. IX: "Manifestatio conscientiae, etsi summopere consulenda, apud nos facultativa habetur et ad publicas constitutionum transgressiones vel progressum in virtutibus restringitur." Modificationes Constitutionum adoptatae in Cap. Gen. 1867 approbantur a S. Sede 10-1-1870 (cf. Circul. 25-1-1870) et promulgantur per Circul. 22 (1-8-1871). Nova editio Constitutionum et Regularum 1894 cum illo novo art. IX.

Decretum "Quemadmodum" (17-12-1890) de confessione et conscientiae manifestatione in Institutis laicalibus. Cf. Enchiridion de Statibus Perfectionis, Romae, 1949, T.I, No 227, p. 214. In eodem sensu "Normae" 28-6-1901. Sic jam praefiguratur can. 530 Novi Codicis.

Ed. 4a (1910), art. 325, omittit verba "etsi summopere consulenda" brevissime dicens: "Manifestatio conscientiae apud nos facultativa habetur, et ad publicas Constitutionum transgressiones vel progressum in virtutibus restringitur."

Ex reactione, aliunde necessaria, infeliciter successit imminutio aestimationis pro directione spirituali generatim, de qua Regula nihil positivi habet, prohibens solummodo manifestationem conscientiae obligatoriam apud Superiores. Imminutio quoque auctoritatis et influxus Superiorum circa vitam spiritualem subditorum, quasi esset res omnino extranea sui muneris.

3. Legislatio abhinc anno 1917: media via intercedens conatur conciliare feliciter necessitates libertatis conscientiae, vitae spiritualis et muneris Superiorum, praecavens omnem excessum, in quantum possibile.

Novus Codex, can. 530.

Ed. 5a (1928), art. 306-307. Feliciter distinguit principium generale de directione spirituali apud nos (306) et manifestationem conscientiae apud Superiores (307). Sapiens moderatio quae multum temporis exigebat...

## II) Commentarium legislationis hodiernae de directione spirituali.

### a) Principium generale de directione spirituali facienda apud nos. Art. 306

Articulus novus in ed. 5a (1928), sed inspiratus omnino a traditione spirituali et a traditione nostra.

"Unusquisque nostrum... directorem suae conscientiae habeat..." Est ad minus linea directiva vel consilium instans.

Doctrina communis auctorum spiritualium de utilitate, imo de necessitate morali directoris spiritualis, in communiter contingentibus, ad vitam spiritualem seriam et progressivam. Cf. S. Bernardus, Sermones in Cantica, Sermo 77, n. 6 (P.L. 183, col. 1158); RR.P. Fabre, Circul. 13 (21-11-1863), p. 20s; Circul. 22 (1-8-1871), p. 8: "... En vous disant cela (i.e. regarder comme un devoir de ne pas négliger la pratique de la direction), nous sommes l'interprète de ce que l'on nous disait à Rome: un bon religieux ne peut pas se dispenser de la pratique de la direction spirituelle. Nous suivrons ce conseil, qui est celui de tous les maîtres de la vie spirituelle, et précisément parce que nous sommes moins obligés d'aller en direction, nous nous ferons un devoir d'y être plus fidèles pour ne pas nous priver de ce secours si puissant..."

Pius XII, Adhortatio apostolica "Menti nostrae" ad clerum universum, 29-9-1950: "1a pars, versus finem; 2a pars, in fine (laus eorum sacerdotum qui se devovent directioni spirituali suorum confratrum), cf. Acta A.S. 1950, p. 674, 681; Doc. Cath. 22-10-1950, col. 1359, 1364.

Ista necessitas admittit evidenter gradus secundum aetatem, temperamentum, condiciones vitae et ministerii, diversitatem gratiarum...

"inter presbyteros Societatis". Ergo non scolasticum... Agitur evidenter de presbytero qui saltem terminavit cursum theologiae, et addictus est ministerio animarum. - Director sit normaliter sacerdos Oblatus: Oblati for-  
mandi et dirigendi secundum exigentias "idealistic" oblati... Non nisi exceptionaliter, "ad quietem conscientiae" potest tolerari vel permitti, ut fiat recursus ad extraneos. Cf. art. 300; 331.- Non est necessario sacerdos

propriae domus... Pro Novitiis et Scolasticis autem omnino convenit, ut suum directorem eligant inter sacerdotes domus... Director spiritualis est ordinariè ipse confessarius; possunt autem esse rationes adeundi alium sacerdotem.

"cujus consilia, tamquam peculiarem vitae suae spiritualis normam..." indicatur munus directoris: est consiliarius pro vita spirituali. Non fiant vana colloquia de quacumque re...

Ad directorem pertinet applicare principia generalia vitae spiritualis ad conditionem particularem individui, secundum gratiam particularem et necessitates particulares istius. Non habet proinde imponere suam propriam voluntatem, nec se substituere nec Spiritui Sancto nec animae dirigendae...

"cujus consilia... fidenter postulet et humiliter accipiat": sunt conditiones requisitae ex parte animae dirigendae ad directionem proficuum.

Hoc supponit, ex parte illius, desiderium sincerum et serium progrediendi in vita spirituali, quaerendi veritatis lumen..., non vero terendi tempus delectabiliter, vel favorem quaerendi (se rendre intéressant), vel proprias opiniones directori imponendi...

b) Manifestatio conscientiae apud Superiores. Art. 307.

Affirmatur principium absolutae libertatis. Regula resumit legem abhinc anno 1867, temperando et simul aggravando textum.

Agitur de "manifestatione conscientiae", ideoque de directione fori interni. Directio fori externi ("visite filiale") non est in questione. Cf. supra p. 185.

Ed. praesens sapienter loquitur de manifestatione conscientiae "Superioribus facienda" (quae verba non leguntur in textu anteriore), ut sic praecaveatur error omnem directionem spiritualem apud nos esse omnino facultativam.

Recte omittuntur verba restringentia objectum directionis spiritualis quae legabantur in textu anteriore "et ad publicas Constitutionum transgressiones vel progressum in virtutibus restringitur"...

Additur stricta prohibitio facta Superioribus provocandi manifestationem conscientiae sibi faciendam, conformiter ad can. 530, §1. "quoquo modo": jussu, comminatione, timore, consilio, adulatione, directe vel indirecte... Sed Superior monere potest, ut directio seria et sincera fiat confessario vel alii sacerdoti Oblato prudenti et experto...

Ista dispositio est applicatio principii generalis distinctionis fori externi et interni atque libertatis conscientiae salvandae, de quo legislator Novi Codicis est particulariter sollicitus. Si non sumus liberi eligendi Superiores fori externi, Ecclesia intendit nobis assecurare sufficientem latitudinem eligendi consiliarios et duces fori interni. Attamen, libertas non est licentia: fantaisie, caprice, affaire de sensibilité...

Sapiens moderatio principii: "Expedit nihilominus..."  
Dispositio addita in hac ed. 5a conformiter ad can. 530, §2.

Legislator, post reactionem vividiorum contra statutum de se bonum, apponit sapiens temperamentum. Nullatenus vult novam legem ansam dare cuidam "exclusivismo" vel diffidentiae respectu Superiorum qui sunt sacerdotes. Superior religiosus non est officialis (fonctionnaire) ordini publico invigi-

lando praepositus, sed - saltem in religione clericali - sacerdos, ac proinde pater spiritualis et pastor animarum; est praepositus societatis spiritualis, cujus finis primarius est salus animarum, perfectio christiana suorum membrorum promovenda.

"Expedit bono subditorum". Directio spiritualis, etiam facta apud Superiorem, tamquam finem immediatum habet bonum personale animae dirigendae, non vero directe bonum Societatis. Sub lege priore etiam istud bonum commune erat scopus, saltem ex aequo, manifestationis conscientiae faciendae apud Superiorem; ita adhuc hodie in Societate Jesu, ut videtur. Vide supra p. 185sq. Si quis hodie directionis spiritualis causa sese committit suo Superiori, hoc facit ei ut sacerdoti, amico vel patri spirituali. Unde Superior non videtur posse uti directione spirituali directe ad gubernium fori externi absque consensu illius qui suam conscientiam sibi manifestat.

"ut isti filiali cum fiducia Superiores sponte adeant..." Superiorum est mereri talem fiduciam toto modo se gerendi. Cf. Cap. gen. 1867, sess. 14: "Satagant Superiores ut spiritualem directionem optabilem et facilem reddant, et seipsos fide dignos ostendant animi moderatione, decore virtutum et regiminis sapientia." Circul. 22, (1-8-1871), p. 9.

### Paragraphus IIIa

#### Observanda circa vestitum et refectionem

De loco hujus paragraphi in ordine generali Regulae: v. supra p. 163.

Pleraque dispositiones hujus paragraphi jam habentur in ms. I (1818) immediate post dicta de sacramentis in famoso appendice "Des autres principales observances", in cap. I, post votum perseverantiae (supra p. 163). Tamquam paragraphus distincta et in proprio suo loco primo apparet in ms. "Honorat" et in ms. II, sub titulo "Costumé et repas".

In Regula s. Alphonsi nihil de hac re, praeter dicenda circa art. 317-318.

A) Observanda circa vestitum. Art. 308-312.

1) Lex de veste ecclesiastica communi deferenda. Art. 308.

Jam habetur quoad substantiam in ms. I (1818): cf. ed. Missions, 1951, p. 57; et in ms. "Honorat", a. I, cf. Etudes Oblates, 1943, p. [40].

Textus gallicus fere ad litteram transivit in editiones latinas. Ed. Ia (1827): "Art. I. Nulla ipsis erit vestis, nisi ecclesiastica nempe talaris, qua semper utentur etiam itinerando, excepto casu quo diuturnius esset iter et convenientior tunica brevior."

Ed. 2a (1853) paululum immutavit textum: "Nulla Nostris erit Religionis vestis, nisi ecclesiastica..."

Ed. 5a (1928) suppressit vocabulum "ecclesiastica" (jus commune novum admittit tamquam "habitum ecclesiasticum" non solum talarum, sed etiam alias

formas: can. 136, §1 et ampliavit formulam quae providet exceptionibus "... casu quo, secundum legitimam locorum consuetudinem et cum approbatione Superiorum..."

Commentarium.

a) Principium generale stabilitur: "Nulla nostris erit..."

Habitus religiosus Oblatorum est vestis clericalis communis et traditionalis, scilicet toga talaris, vulgo "soutane". Non habemus proinde habitum religiosum particularem, qualem ferunt v.g. Benedictini, Trappistae, Franciscani...

"qua semper utentur". Est vera et perfecta obligatio in conscientia: Regula nostra hic nobis applicat legem generalem Ecclesiae. Cf. can. 592 cum can. 136, §1; can. 596.

Et quidem est obligatio ex genere suo gravis: cf. can. 136, §3; can. 2379; 596.

Et quidem est obligatio ea utendi "semper", i.e. "tum intra tum extra domum": can. 596.

Non sine ratione Ecclesia imponit suis ministris et religiosis obligationem habitus proprii, quo etiam extrinsecus distinguuntur a laicis. Etsi vestis clericalis-religiosa non sanctificet "ex opere operato" ("l'habit ne fait pas le moine!"), est tamen signum status nostri et continuo nos admonet ut digne ambulemus secundum exigentias vocationis nostrae.

Est signum consecrationis Deo factae, qua clericus vel religiosus sunt Deo ejusque servitio reservati. Pius XII, Adhortatio ap. "Menti nostrae", 25-9-1950, ad clerum universum: "Il ne manque pas, de nos jours, de prêtres qui adoptent un genre de vie, même en ce qui concerne le vêtement et le soin du corps, également étranger à leur dignité et aussi à leur devoir de prêtre... L'habit même que vous portez vous avertit que vous ne devez pas vivre pour le monde, mais pour Dieu." (Cf. Documentation Cath. 22-10-1950, col. 1375, 1351). Id., Allocutio ad Superiores Gen. Instit. Religiosarum, 15-9-1952: "L'habit religieux doit toujours exprimer la consécration au CHRIST. C'est cela que tous attendent et désirent..." (Acta A.S., 1952, p. 825; Doc. Cath., 1952, col. 1283).

La soutane est "l'uniforme des hautes préoccupations morales". (M. Barrès). Unde jus et obligatio deferendi habitum clericalem-religiosum habetur ab Ecclesia ut privilegium: cf. can. 683; 492, §3; 670; 671, 2<sup>o</sup>, 3<sup>o</sup>, 6<sup>o</sup>; 2298, 9<sup>o</sup>, 11<sup>o</sup>; 639sq.

Vestis clericalis-religiosa est insuper protectio et praeservans a multis occasionibus malis... Est quaedam forma paenitentiae et mortificationis christianae. Cf. 2.2. q.169, a.1; q.188, a.6.

Animadvertit Card. Villeneuve, Commentaire: "Notez à cet égard, que les protestants et les juifs ont souvent moins de respect humain, que n'en montrent des prêtres et des religieux."

b) Lex ipsa providet exceptionibus communius occurrentibus permittendo "tunicam brevior": "excepto casu quo, secundum legitimam locorum consuetudinem..." Cf. can. 596 et praxim jam a multo tempore vigentem in Gallia, Italia, etc., saltem pro itineribus...

"tunica brevior": intelligitur non vestis qualiscumque, sed ecclesiastica: "soutanelle", vel "clergyman".

N.B. Habitus mere "civilis" sive saecularis? Pro fratribus famulantibus ipse legislator providet: art. 781-783. Pro caeteris, non nisi omnino exceptionaliter et pro causa graviore vel urgente necessitate. Cf. can. 596.

Pro clericis, Statuta synodalia non praetermittenda in hac materia!

2) Unum insigne distinctivum, scilicet crux missionaria. Art. 309-311.

a) Obligatio ferendi crucem missionariam. Art. 309.

Omnia inveniuntur jam in ms. I (1818): v. textum in ed. Missions, 1951, p. 57; in ms. "Honorat": cf. Etudes Oblates, 1943, p. [40].

Textus latinus semper fere idem abhinc ed. Ia (1827), paucis mutatis mere verbaliter in ed. 2a (1853).

"Crucifixi Domini effigiem": effigiem CHRISTI Domini, et quidem CHRISTI crucifixi. Significat nobis realitatem quae nunquam sinit nos manere tranquillos: Amor noster crucifixus "urget nos". Cf. 2 Cor. V, 14-15.

Mire convenit nostro ministerio: est quasi signum proprium nostrae vocationis et ministerii. Vide textum gallicum primitivum: "Ils n'auront d'autre signe distinctif que celui qui est propre de leur ministère, c'est-à-dire un crucifix qu'ils porteront toujours..." Cf. I Cor. I, 23; II, 2.

Significat sensum, urgentiam et exitum nostrae missionis. Vide Missale Rom., 3 Maii, Inventio S. Crucis, Postcommunio: "quos per lignum sanctae Crucis Filii tui, arma iustitiae pro salute mundi, triumphare jussisti."

"Nullum singulare prae se ferent signum, nisi...": iste exclusivismus quasi palpabiliter exprimit characterem dominantem, absorbentem nostrae vocationis: continuare opus redemptionis CHRISTI crucifixi... I Cor., 2, 2.

"veluti instrumentum authenticum legationis...": symbolum "obedientiae" nostrae, missionis nobis impositae ab auctoritate divina, quae sola est competens in hac materia. Cf. Galat. I, 1: "Paulus, apostolus non ab hominibus, neque per hominem, sed per JESUM CHRISTUM..."

"quam semper... gestabunt ad pectus haerentem cingulo et...": Unde, obligatio eam ferendi semper, et non solum in actu missionis; et quidem publice et honorabiliter.

Possunt evidentiter esse rationes seriae eam non ferendi. Sed non sufficiat nobis qualiscumque praetextus ad eam deponendam vel celandam! Tanto melius, si, ferentes crucem missionariam, dignoscimur ut religiosi et Oblati! Alii non erubescunt ferre insigne suae partis vel sectae (Armée du salut...); cur nos erubesceremus cruce CHRISTI? Generatim nihil proficimus apud populos celando crucem Domini.

E contra, isti testes nostrae fidei, "ad reverentiam moveantur", utique si nosmetipsi profiteamur hanc reverentiam toto modo nos gerendi et si conformamus nostram vitam signo crucis, quo sumus signati.

"et ipsi missionarii continuo moneantur de humilitate...": nosmetipsi indigemus signis, symbolis, ut nobis in memoriam revocetur realitas significata, scilicet CHRISTUS humilis, patiens, amans, obediens...



b) Devotio erga nostram crucem oblaticam. Art. 310-311.

Manifestationes habituales, quasi continuae hujus devotionis. Art. 310. Textus semper idem abhinc ms. I (1818): v. ed. Missions, 1951, p. 58; ms. "Honorat", art. 3: cf. ed. Etudes Oblates, 1943, p. [40].

Est modus optimus et valde concretus in praxim deducendi art. 246 et 247. Ferunt fratrem Julium Cénez (postea Vic. Apost. Basutoland) dixisse die oblaticionis suae: "Imago Christi per vitam mihi semper vicina est; sed inter Christum et me est crux." (P. Leyendecker, Commentarium, p. 330).

Occasiones particulares manifestandi hanc devotionem. Art. 311.

Dispositio jam legitur in ms. I (1818) et in ms. "Honorat", art. 4, ubi additur in fine: "toutes les fois qu'ils jugeront à propos de la faire baiser à quelqu'un." Cf. ed. Missions, 1951, p. 58; ed. Etudes Oblates, 1943, p. [40].

Correctio mere verbalis textus latini in ed. 5a (1928).

"immediate priusquam sacerdotibus se induant vestibus, statimque postquam..." i.e. ante et post missae sacrificium. Tunc praesertim convenit recordari nos representare et continuare Christum, et hunc crucifixum. Dicunt fuisse in initio morem deponendi crucem pro celebratione missae.

N.B. Indulgentiae annexae nostrae cruci oblaticae? Qua tali ei amplius non competunt. Cf. Missions, mars 1936, p. 201.

Praestat ut ei annectantur, ab eis qui fruuntur facultate, indulgentiae apostolicae (quod possunt praestare omnes superiores et directores residentiarum, omnes missionarii durantibus missionibus et recollectionibus (cf. Sackett, Privilegia Missionariorum O.M.I., Missions, No 287 (1955), no 47, 48, 54), et indulgentiae Viae Crucis.

3) Una qualitas distinctiva: simplicitas. Art. 312.

Jam legitur in ms. I (1818): ed. Missions, 1951, p. 58; et in ms. "Honorat", art. 5 et 6: cf. ed. Etudes Oblates, 1943, p. [40].

In editionibus latinis prioribus duo articuli: "V. Nunquam liceat Missionariis calamistrare capillos... non annulos in digitis habere; omnia in illis et super illos maxima simplicitate et minime exulta.

VI. Sericis tibialibus, aut cingulo item serico nunquam utantur."

In ed. 5a (1928) in unum articulum colliguntur.

"fibulas ad calces": prohibentur fibulae argenteae (prout utuntur vel utebantur Episcopi multique alii clerici), non autem ordinariae. Cf. art. 203, 205.

"annulos in digitis": cf. can. 136, §2.

"sericis tibialibus aut cingulo item serico": Cf. art. 202, 205.

Uno verbo excluduntur omnia quae redolent futilitatem, vanitatem, luxum: dedecent virum, et praesertim virum christianum, religiosum, sacerdotem, cui incumbit annuntiare populis CHRISTUM pauperem, mortuum in cruce, praedicantem humilitatem et abnegationem suiipsius...

Omnes istae superfluitates et futilitates creant circa nos quandam "atmosphera" mollitiei quae enervat animam, dum simplicitas et paupertatis

spiritus eam roborant ac virilem reddunt.

V. Fundator suis Oblatis proponit modestiam, simplicitatem virtuosam, quae excludit proinde cultum immoderatum, vanum, sed etiam negligentiam et quamcumque "originalitatem". Cf. 2.2. q.169, a.1.

N.B. De vestibus et linteaminibus quae componunt sic dictum "trousseau", occasione praesertim transitus in aliam domum: cf. supra p. 31, ad art. 193. Acta Cap. 1947, art.61.

B) Observanda circa refectiones. Art. 313-319.

1) Regimen normale refectionum in Congregatione. Art. 313-316.

Quatuor isti articuli primo apparent in ms. II (cf. Ms. "Honorat", ed. Etudes Oblates, 1943, p. [41], note 117) et postea transeunt in omnes editiones latinas.

a) Refectiones frugales. Art. 313-314.

Principium generale. Art. 313.

"Frugalis mensa... dapes communes": en regimen normale Oblatorum! Debent proinde sese adaptare tali regimini et addiscere eo contenti esse. Possibilitas educandi gustum...

Ista frugalitas et simplicitas non excludunt tamen sollicitudinem et munditiam circa praeparationem et praesentationem alimentorum, neque quamdam industriam ad sufficienter variandam et adaptandas refectiones attenta conditione vitae nostrae: regimen alimentarium viri vitae studiosae, operae sedentariae dediti nequit esse idem ac viri activitatibus corporalibus vacantis.

Praecisiones particulares et concretae. Art. 314.

In ms. II et IV (textus gallicus definitivus) legebatur: "Art. 8. Le gibier, la volaille, la pâtisserie, les sucreries et les vins étrangers sont défendus." In ms. V (textus latinus primaevus: "vina generosa...") Textus noster invariatus abhinc ed. Ia (1827).

Regimen nostrum habituale excludit luxum coquinarium (luxe culinaire des gourmets), qui importat quamdam relativitatem. In nostris regionibus et pro familiis mediocris conditionis ut talis generatim habentur:

"Ferina caro" (gibier, Wildbret), subaudiendo carnem exquisitam, magni pretii, qua familiae mediocris conditionis ordinarie uti nequeunt;

"volatilia", item.

"quaeque arte cupedinaria conficiuntur": pâtisseries et sucreries, italice: "dolci"; germanice: "feines Backwerk".

"vina exquisita": vins recherchés, ... et liqueurs!

"prohibentur" ratione tum mortificationis christianae tum paupertatis. Et plane concordant consilia sanae diaceticae (hygiène).

Etiam extra domum, in presbyteris etc, moderatio necessaria: il ne faut pas vouloir s'en payer alors!...

N.B. De regimine habituali servando in jentaculo (petit déjeuner) valet hodie regula generalis articuli 313, "frugalis semper sit mensa..."

Olim dispositio specialis de hoc in paragrapho de mortificatione. Ita adhuc in ed. 4a (1910), art. 282: "Ordinariis anni diebus, in triclinio, singulari seu unico, et vulgari victu jentabunt Missionarii." Est textus ed. 2ae (1853), art. V. Regimen severius secundum ed. Iam (1827) et manuscripta primitiva, prout mos erat in Gallo-Provincia.

b) Refectiones sale spirituali optimae lectionis conditae. Art. 315.

Ita jam in ms. II: "Art. 9. Pendant que le corps prendra la nourriture on alimentera l'esprit par quelque bonne lecture." Textus latinus semper idem abhinc ed. Ia.

Illi functioni vitae vegetativae semper vacandum modo humano et religioso. Unde mens quoque habeat suam partem...

Ista lectio in refectorio imprimit nostro regimini notam quamdam elevationis et religiositatis... Est quoque medium facile acquirendi permultas cognitiones utiles. Viri laici serii invident religiosi ob lectionem inter refectiones. Cf. Circ. 92 [21-4-1907], p. 25: t.3, p. 164.

Ista lectio est servitium praestitum communitati, et pro ipsis lectoribus optima occasio sese exercendi ad publicam lectionem: ita legant, ut intelligatur lectio ab auditoribus, et facile intelligatur.

Libri eligantur utiles, grati, non nimis ardui pro circumstantiis... adaptati majori numero: libri historici, biographici, utiles ministerio actuali...

Lectio Scripturae Sacrae initio refectionis, utrum sit audienda silentio et antequam incipiat ministerium mensae, ad Provinciale pertinet determinare. Ita Cap. gen. 1926, cf. Circ. 137 (19-3-1927), p. 34, no 5; Acta Cap. 1949, art. 35.

c) Sapiens temperamentum. Art. 316.

Textus ms. II, art. 10 (v. in ms. "Honorat", ed. Etudes Oblates, 1943, p. [41], note 117), transivit in editiones latinas: ed. Ia (1827), a. X: "Superior duos praecedentes articulos temperare valeat, rarissime tamen prudentique moderamine, et quibusdam tantum sollemnioribus festis, veluti die Paschatis, Nativitatis Domini, Patronorum nostrorum, occasione novae missae et quoties D.D. Episcopus vel Archiepiscopus, seu quivis alius insignis vir mensae nostrae accumbere dignabitur."

In ed. 5a (1928), sanciendo usus ubique invalescentes, ampliores latitudinem concesserunt mutando "rarissime" in "raro", et supprimendo enumerationem occasionum.

"Superior... temperare valeat": ista condescensio humana et christiana est pars sapientis gubernii. Per eam fit, ut naturae permittatur "respirare", et ut laetitia communis renovetur. Psychologia traditionalis non ignoravit hanc remissionem sive relaxationem (détente, relâche), et omnes fundatores ei providebant sub una vel altera forma.

"raro tamen prudentique moderamine". Vocabulum "raro" est valde elasticum. In ejus concreta applicatione ratio habenda variorum elementorum. Servetur discretio, evitentur abusus: non suppressere lectionem pro quocumque praetextu, quaerere rationes futes... sequi suum gustum et praeferentias personales vel humorem variantem... Cf. p. de Mazenod, actus visitationis N.D. du Laus 22-6-1828. (Circ. I, p.311); Cap. gen. 1906 (Circ. 92, p.25sq.).

Silentium servandum durante jentaculo (petit déjeuner): Cf. Circ. 137 (19-3-1927), p. 20; Acta Cap. 1949, art. 34.

2) Vitanda quae sunt extra regimen normale refectionum. Art. 317-319.

a) Cibum sumere extra refectionum tempora: Art. 317-318.

Textus.

Legitur in Regula s. Alphonsi, 2a parte, cap. I, §3: "Du voeu de l'obéissance", art. III: "Sans permission expresse des Supérieurs, il ne leur est pas permis d'écrire des lettres... de la même manière, ils ne mangeront ni boiront rien hors de table; ils n'iront ni au jardin ou terrasses, ni entreront au réfectoire, ni dans la cuisine, ni dans les chambres l'un de l'autre."

P. de Mazenod haec fere litteraliter transcripsit, in eodem contextu et eodem loco: ms. I (1818), 2e partie, chap. I, parag. 3: "Du voeu d'obéissance", cf. ed. Missions, 1951, p. 52.

Abhinc ms. "Honorat" transferuntur in praesentem locum et distinguuntur per tres articulos. Cf. ed. Etudes Oblates, 1943, p. 41.

Ita etiam in ed. Ia (1827): "XI. Manducare aut bibere extra refectionis horas minime liceat. XII. Nemo itidem extra id tempus refectorium aut culinam ingrediatur. XIII. Quod quidem ad hortum extenditur, quo ire non licet absque superioris placito."

Et ita legebatur usque ad ed. Iam (1910) incl.

In ed. 5a (1928), supprimitur ultimus art.; et in art. primo, verbis "Manducare aut bibere" substituuntur ista "Cibum sumere".

Commentarium.

"Cibum sumere extra refectionis horas..." (art. 317). Est questio tum paupertatis (les pauvres ne peuvent pas manger, aller au restaurant, entrer dans une pâtisserie, quand l'envie les prend), tum mortificationis christianae, tum sanae diaeteticae (hygiène).

S. Augustinus, Regula: "Carnem vestram domate jejuniis et abstinencia escae et potus, quantum valetudo permittit. Quando autem aliquis non potest jejunare, non tamen extra horam prandii aliquid alimentorum sumat, nisi cum aegrotat."

"Nemo itidem extra id tempus refectorium aut culinam ingrediatur"(a.318). Est consectarium logicum prohibitionis praecedentis.

Valet a fortiori, si ad servitium culinae personae extraneae adhibentur, praesertim mulieres, religiosae...

Per hoc superiores, oekonomi, valetudinarii non prohibentur exercere quod sui muneris est.

b) Cibum sumere extra domum. Art. 319.

Jam habetur in prioribus manuscriptis gallicis: ms. I (1818), cf. ed. Missions, 1951, p. 58; ms. "Honorat", cf. ed. Etudes Oblates, 1943, p. [41].

Eorum textus transivit in editiones latinas. Ed. Ia (1827), art. XIV: "Extra domum cibum sumere nemo audeat, absque superioris expressa licentia, quae, justis de causis, ac perraro concedatur, excepto dioecesis Episcopo aut propinquis proximioribus." Textus gallicus clarius dicebat: "à moins que ce ne soit pour aller chez l'évêque diocésain ou chez de très proches parents."

Abhinc ed. 4a (1910) supprimitur mentio exceptionum determinatarum, quae tamen ex hoc non excluduntur.

Est prohibitio magni momenti et relative gravis, uti apparet e terminis: "nemo audeat - expressa licentia - justis de causis et perraro". Sumenda ad litteram. Transgressio esset violatio seria disciplinae religiosae.

Haec dispositio habetur in Regula s. Ignatii, s. Vincentii a Paulo aliorumque fundatorum. Cf. Cosentino, o.c., I, p. 145-158.

Domus religiosa est nostra domus familiaris ibique omnes fraterne uniuntur circa mensam familiarem, quamvis sit pauper et frugalis. Si Superior vel confratres incipiunt deserere communitatem et quaerunt extra occasiones liberior et lautius vivendi, jam actum est de vita familiari....

Insuper periclitantur mortificatio christiana, recollectio et austeritas nostri status, castitas...

Prohibitio respicit omnes, etiam Superiores: "Extra domum cibum sumere nemo audeat". Superior pro seipso non minus severe iudicet quam pro suis subditis...

"justis de causis et perraro": est evidenter relativum. Justa causa facilius existere potest, quando agitur de refectione sumenda in religiosa domo vel ecclesiastica vel apud propinquos proximiores, prout insinuabat jam textus primitivus.

Caeterum, aliud est prandere vel cenare, et aliud acceptare paululum potus...

#### Paragraphus IV

##### Observanda circa relationes cum proximo

De loco hujus paragraphi in ordine generali Regulae: v. supra p. 163.

In Regula s. Alphonsi non habetur paragraphus specialis de hac re, sed tantum quaedam breves dispositiones in II parte, cap. I, §3 "Du voeu de l'obéissance": "III. Sans permission expresse des Supérieurs il ne leur est pas permis d'écrire des lettres à qui que ce soit, excepté au Recteur Majeur et à ses Consultants; ni de recevoir sans la même permission d'autres lettres que de ceux-ci. De la même manière, ils ne mangeront. . (supra p. 196), ni entreront au réfectoire, ni dans la cuisine, ni dans les chambres l'un de l'autre.

IV. Il leur est interdit par-dessus tout d'introduire des étrangers dans la maison, encore moins dans leurs propres chambres. Mais au besoin, on les recevra dans les lieux à cela destinés.

P. de Mazenod retinuit has dispositiones in suo ms. I (1818), in paragrapho "Du voeu de l'obéissance", paululum complendo textum. V. ed. Missions, 1951, p. 51,52.

In eodem ms. I, post paragraphum "Du voeu de persévérance", in appendice subsequente, inseruit dispositiones circa egressum e domo (v. ed. Missions, 1951, p. 58sq.).

Abhinc ms. "Honorat", paragraphus specialis 4 "Rapports avec le prochain" et in editionibus latinis "De relationibus cum proximo".

- Divisio paragraphi: A) Relationes epistolares. Art. 320-323.  
 B) Relationes personales cum proximo (visitare, conversari): Art. 324-333.  
 C) Egressus e domo (les sorties). Art. 334-337.

A) Relationes epistolares cum proximo. Art. 320-323.

Notulae praeviae.

Libertas commercii epistolaris est de jure naturae...

Attamen non est illimitata et patitur exceptiones: censura auctoritatis publicae propter grave bonum publicum... parentes (vel ii qui eorum locum tenent) relate ad minores...

Status religiosus importat de necessitate, in quadam mensura variabili, aliquam restrictionem libertatis epistolaris. Est consectorium vitae communis, obedientiae, separationis a mundo: est quasi clausura moralis...

Legislator ecclesiasticus determinavit pro variis institutis religiosis restrictionem libertatis commercii litterarum. Cf. can. 611. Et superiores applicantes leges sui Instituti in hac materia, legitime utuntur sua potestate dominativa, et proinde nullam committunt injustitiam. Libere ingressi sumus statum religiosum, et libere acceptavimus omnes ejus restrictiones, renuntiationes... intuitu libertatis superioris filiorum Dei.

Articuli 320-323 determinant limites restrictionis libertatis epistolaris apud nos Oblatos. Ista restrictio est duplex: necessitas recurrendi ad permissionem Superioris ad litteras scribendas vel recipiendas (et proinde potestas Superioris interdicendi aliquam correspondentiam eamque impediendi): art. 320; et necessitas submittendi correspondentiam censurae sive inspectioni Superioris (droit de contrôle des Supérieurs): art. 321-323.

1) Usus libertatis epistolaris subjectus permissioni Superioris. Art. 320.

Articulus enuntiat legem ejusque exceptiones.

Textus.

Quoad substantiam, est primitivus, in ms. I (1818), in paragrapho de voto obedientiae - sicut apud s. Alphonsum eodem loco (v. supra, p. 197) - legitur: "Il ne sera point permis d'écrire à qui que ce soit, hors au supérieur général et à ses assesseurs, sans une permission expresse des supérieurs. - Ils ne pourront pas non plus recevoir des lettres de tout autre sans la même permission."

Idem fere textus in ms. "Honorat", art. 1 et 2. Cf. ed. Etudes Oblates, 1943, p. [41].

Ed. latina Ia (1827), art. I: "Nemini scribere licebit, nisi Superiori generali ejusque assistentibus, absque superiorum licentia. - II. Neque litteras accipere a quoquam, absque eadem licentia."

Ed. 2a (1853), post divisionem in provincias, idem textus addito in art. I "aut Provinciali et Missionum Vicario".

Cap. gen. 1867, sessio 14, admittit inter personas "exceptas" etiam Admonitorem Provincialis, non autem consultores provinciales.

Ed. 3a (1894) mere reproducit textum editionis praecedentis.

Ed. 4a (1910) colligit duos articulos editionum praecedentium in unicum art. 340 et, conformiter ad novum jus commune, concedit omnimodam libertatem epistolarem cum omnibus qui, sive extra sive intra Congregationem, habent aliquam auctoritatem in sodales in foro externo: "Absque Superiorum licentia, nemini scribere licebit, nisi Summo Pontifici, Sacris Congregationibus, Ordinario, Sup. gen... Oeonomo generali, Procuratori generali apud Sanctam Sedem, Provinciali seu missionum Vicario, ejus consultoribus, proprio Superiori ejusque admonitori; neque litteras accipere a quopiam nisi a praedictis, absque eadem licentia."

In ed. 5a (1928) addunt personis "exceptis", conformiter ad can. 611, Sanctae Sedis in natione Legatum, Cardinalem Protectorem, et insuper Visitatorem in actu visitationis et Oeonomum provincialem; simul clarificant textum: "Sanctae Sedi" pro "Summo Pontifici, Sacris Congregationibus", et "Ordinario loci" pro "Ordinario".

#### Commentarium.

a) Ipsa lex de necessitate permissionis Superiorum ad usum libertatis epistolares: "Absque Superiorum licentia, nemini scribere licebit, nisi...; neque litteras accipere a quopiam, nisi..., absque eadem licentia."

En lex vitae nostrae! Non sumus independentes: indigemus licentia Superioris ad nostras relationes epistolares; sicut ea indigemus ad extraneos invisendos...

Haec licentia, sicut qua edam aliae, dari potest implicite et generaliter; et de facto ita datur, saltem pro "correspondentia" ordinaria, quasi habituali. Ista licentia implicite petitur, quatenus omnes litterae mittendae vel accipiendae remittuntur Superiori.

In casu dubii de convenientia vel periculo alicujus "correspondentiae" licentia explicite petatur. Imo commendabile, ut subditi aliquoties, v.g. occasione recollectionis annuae, petant explicite licentiam generalem ad commercium epistolare ordinarium. Tali modo practice recordamur nos de facto agere sub dependentia Superiorum; et talis praxis favet humilitati, obedientiae, ac divinitus benedicatur.

E necessitate recurrenti ad licentiam Superiorum, ut licite utamur libertate epistolari, resultat pro istis jus denegandi licentiam, et proinde jus prohibendi vel restringendi certas relationes epistolares, jus non expediendi vel non remittendi certas litteras... ob rationes proportionate graves boni privati vel communis. Cf. Acta Cap. 1949, art. 63; Circul. 92 (21-4-1907), p. 21.

Nomine "Superiorum" veniunt hic Superiores locales sive immediati, ut patet ex praxi universalis et traditionali, et e natura rei (agitur de disciplina vitae currentis, quasi quotidianae...).

Superioribus localibus assimilantur in hac materia Directores residentiarum. Cf. art. 513, 605; Circul. 154 (1-2-1933), p. 6sq. (t.IV, p. 256sq); Acta Cap. 1949, art. 127.

Rationes hujus legis: v. supra p. 198. Ejus gravitas: agitur de obligatione seria disciplinae religiosae. Libertas epistolares est unum e bonis majoribus secundum aestimationem communem. Si religiosus renuntiat

usui libero hujus boni, nequit esse nisi ob bonum superius magni momenti.

Pericula correspondentiae "furtivae", subtractae Superioribus: experientia testatur!...

b) Limites legis.

Ipse legislator providet exceptionibus admittendo commercium litterarum privilegiatum et liberum cum personis determinatis: "nisi Sanctae Sedi..."

Subditis licet scribere, etiam inscio Superiore locali, omnibus iis cum quibus Regula concedit commercium epistolare liberum. Cap. gen. 1898; Acta Cap. 1923, art. 65. Etsi praedicta declaratio non inveniatur in editionibus recentioribus Actuum Cap., retinet tamen suum valorem.

Magister novitiorum qua talis non gaudet immunitate correspondentiae, nec e jure communi, nec e nostra Regula. Cf. Acta Cap. 1949, art. 64.

Videtur tamen inter ipsum et suos novitios absentes, vel ipso absente, vigere exemptionem correspondentiae. Eruitur ex art. 608 et ex analogia cum Superiore locali. Cf. Circul. 92 (21-4-1907), p. 23.

Superior localis nunquam significet se aegre ferre, cum subditi utuntur suo jure correspondentiae liberae cum personis designatis. Sed et istae invigilent, ut discretio necessaria servetur...

2) Commercium epistolare subjectum inspectioni Superiorum. Art. 321-323. (Correspondance soumise au contrôle des Supérieurs).

a) Jura et obligationes Superioris localis. Art. 321-322.

Textus. Evolutio juris nostri in hac materia.

Ms. I (1818) in paragrapho de voto obedientiae: "Toutes les lettres doivent être portées au supérieur et non point à celui à qui elles sont écrites, mais le supérieur ne pourra pas les lire, si ce n'est celles des novices."

Abhinc ms. "Honorat", in praesenti paragrapho "Rapports avec le prochain", duo articuli, et extenditur jus inspectionis: "Art. 3. Toutes les lettres doivent être portées au Supérieur pour qu'il les lise avant de les remettre à ceux à qui elles sont adressées. Art. 4. Il lira de même celles qui sont écrites par les membres de sa communauté."

In ms. IV (textus gallicus definitivus, 1825) apparet textus mitigatus, qui, quoad substantiam, remanebit semper idem. Transit in editiones latinas, ubi legitur in ed. Ia (1827): "III. Epistolae omnes, antequam cui diriguntur deferantur, superiori exhibeantur legendae, si opportunum duxerit (praeter superius enumeratas). - IV. Leget item litteras a membris communitatis scriptas cuicumque, exceptis supra designatis."

In ed. 2a (1853) textus paululum immutatur in sensu textus hodierni: "III. Epistolae omnes (excipe praedictas), antequam... Superiori exhibeantur aperiendae, et si opportunum duxerit, legendae. - IV. Leget item litteras a nostris cuicumque scriptas, exceptis..."

In ed. 4a (1910), in fine articuli primi (341) additur "... et si opportunum duxerit, legendae, secreto servato." Secundus art. (342) remanet invariatus.

In ed. 5a (1928), clarificatur secundus art. "Eadem ratione legere potest ..." Sic melius redditur vocabulum "item" editionum praecedentium.



Commentarium.

1) Litterae destinatae membris communitatis. Art. 321.

Tota "correspondentia" allata ad domum, excepta correspondentia privilegiata sive libera (art. 320), deferri debet per prius ad Superiorem, i.e. ad Superiorem localem (cf. supra p. 199). Discretio servanda ab eis qui litteras accipiunt ad portam domus...

"aperiendae". Videtur proinde incumbere Superiori obligatio aperiendi litteras. Cf. Circul. 24 (5-3-1872), p. 23 (t.I, 261); Cap. gen. 1873, sess. 8, Decl. I; Acta Cap. 1923, art. 67. Attamen jus et obligatio in hac materia non exercenda mathematice... Hic quoque Superior "sciat opportuna lenitate, non tamen molliter, rigorem temperare disciplinae..." Cf. art. 583, 586.

"et, si opportunum duxerit, legendae". Jus Superioris legendi litteras non est proinde jus absolutum; et Superior qui indiscriminatim legeret eas absque serio motivo, ex pura curiositate, transiret limites sui juris ac violaret plus minusve graviter charitatem, imo forsitan justitiam erga subditos vel extraneos. Cf. Vermeersch, in Periodica V (1911), p. 56. Attamen, appretiatio de convenientia legendi relinquitur prudentiae Superioris: "Si opportunum duxerit".

"secreto servato": obligatio ex genere suo gravis. Agitur de secreto "professionali", ideoque de "secreto commisso". Discretio delicata in hac materia, evitanda ipsa apparentia loquacitatis (bavardage) et omnis allusio coram eis qui nullam jus habent ad cognoscenda quae litteris continentur. Cf. Circul. 24 (5-3-1872), p. 23.

Attamen ista obligatio secreti non est absoluta, nec prohibet omnem usum scientiae habitae e lectione litterarum, etiam ad gubernationem externam, nec communicationem factam Superioribus majoribus ob causam proportionate gravem. Cf. Circul. 24 (5-3-1872), p. 23; Vermeersch, Theol. Mor., ed. 3a, II, No 650, 3.

2) Litterae scriptae a membris communitatis, Art. 322.

"Eadem ratione". Itaque, "si opportunum duxerit" et "secreto servato", ut in art. 321 de litteris accipiendis.

N.B. 1. Possunt occurrere casus extraordinarii: res scriptae strictiore secreto protegendae (v.g. res familiares intimae, valde delicatae...)

Melius valet, ut quis petat a suo Superiore, ut hujusmodi litterae transmittantur clausae. Cf. Vermeersch, in Periodica, V (1911), p. [56], no 8.

N.B. 2. Litterae directionis vel agentes de "rebus conscientiae". Nec e jure communi nec e nostro jure particulari director conscientiae vel confessorius enumerantur inter personas quibuscum haberi potest commercium epistolare liberum. Proinde requiritur permissio Superioris ad hujusmodi commercium epistolare; et iste jus habet id prohibendi, et, positis ponendis, destruendi litteras vel remittendi eas scriptori, si revera graves inconvenientiae adsunt. Jus quoque habet, et obligationem, invigilandi tali correspondentiae et, in casu dubii serii, "satis inspiciendi litteras scriptas vel missas, ut ex scribentis vel recipientis nomine et qualitate vel ceteris adjunctis certior fiat, revera de rebus agi quae ad conscientiam spectent..." Ipsas autem litteras de "rebus conscientiae" legere nequit, nisi, pro casus gravitate,

scribentem monuerit futurum esse ut aperiantur litterae quocumque modo in-scriptae fuerint. Cf. Vermeersch, in Periodica, V, p. [54]sq; XVI, p. 114. Circul. 92 (21-4-1907), p. 21ss (t. III, p. 162s); Acta Cap. 1923, art. 68; Revue des Communautés religieuses, 1925, p. 122-125.

Mgr de Mazenod toties suos avertere voluit, ne suscipiant directionem per litteras. Cf. Diarium, 13-8-1842: "Ah! si on voulait comprendre que toutes ces correspondances avec les pénitentes sont dangereuses pour l'un et pour l'autre, on suivrait ma pratique et mon conseil qui est de n'en entretenir avec aucune. C'est au moins une perte de temps inutile. Tant qu'on est sur les lieux, parlez aux gens au confessionnal, répondez à leur doute, décidez, apaisez, etc. Mais une fois parti, qu'on s'adresse à tout autre. Vous n'êtes plus tenu à rien. C'est ce que j'inculque aux nôtres. J'ai toujours hautement blâmé la pratique contraire."

b) Jura et obligationes vices gerentis Superioris localis et praesidis missionis. Art. 323.

Articulus introductus in ed. 5a (1928), quo sancitur praxis jam existens. Mgr de Mazenod declaravit in Cap. gen. 1856: "En l'absence du Supérieur, toutes les lettres envoyées doivent être remises à celui qui le remplace, lequel les cachète devant celui qui les présente, sans avoir le droit de les lire."

Et Cap. gen. 1867, sess. 14: "... Qui in domo Superioris absentis vices tenet, ita et in missionibus praeses, litteras acceptas ei cui diriguntur remittet; mittendas vero, eo qui eas scripsit praesente, claudet."

Ita etiam in Act. Cap. 1923, art. 66.

Noster art. 323 implicite permittit, ut scriptor ipse litteras claudat. Aliunde clare affirmat omnes litteras - praeter exemptas - mittendas vel distribuendas esse per Superioris vices gerentem aut per missionis praesidem.

N.B. 3. Oblati versantes in aliena domo oblatica. Cap. gen. 1867, in paragr. 5. De itineribus: "3. Itinerans qui domum Societatis non propriam incolit, Regulas servabit sicut in propria, circa obedientiam Superiori, exercitia communia et litteras. Immunes vero erunt litterae cujuscumque Superioris et sodalis ad Superiorem proprium."

Ista dispositio non amplius invenitur in Actibus Cap. recentiorum.

N.B. 4. Notae practicae circa commercium epistolare.

1) Litterae sunt testes qui manent! "Verba volant, scripta manent."

2) Cupido communicandi res novas (nouvelles), impressiones et judicia de personis et rebus... Attendendum ad veritatem et discretionem! Cf. art. 329sq.

Valet etiam inter Oblatos et praesertim scolasticos... Quantum malum jam factum per litteras indiscretas! in detrimentum charitatis et justitiae.

3) Sese munire contra maniam communicandi vel recipiendi notitiam "rerum recentissimarum" (les dernières nouvelles)...

4) Litteras scribere sub influxu passionis, irae, primae commotionis, et eas statim expedire, est periculosum! Nox et somnus intercedant prius: la nuit porte conseil! "L'oreiller est une sibylle muette: dormir

sur une chose à faire vaut mieux que d'être éveillé par une chose faite".  
(P. Gracian).

Noli omnia scribere quae cerebrum pertranseunt (tout ce qui passe par la tête)! Scribere litteras est actus intellectualis... sicut loqui...

5) Circa formam litterarum. Exhibeamus nos semper ut homines urbanos, exultos, scribentes stylo recto, simplici, absque affectatione, venerantes dignitatem eorum quibus scribitur...

6) Frequentia commercii epistolaris. Tenere modum! Pietas filialis, charitas, vera urbanitas, spiritus religiosus (paupertas, mundi fuga...) inspicient nostras relationes epistolares.

V. Fundator frequenter insistebat in necessitate observandi paupertatem in hac materia. 2-6-1825 ad P. Mie ceterosque Patres missos ad novam fundationem in urbe Nîmes: "Je voudrais, mon très cher ami, vous répondre à chacun en particulier, mais l'esprit de pauvreté s'y oppose. Vous recevrez donc tous dans la même feuille l'expression des sentiments que je nourris dans mon coeur pour des frères tels que vous." 19-11-1845 ad P. Guigues (Canada): "En général, on écrit trop facilement et sans nécessité. Qu'est-il besoin d'entretenir des correspondances inutiles et si coûteuses?..."

Nec obliviscendum nos non habere libertatem commercii litterarum sicut mundani. Restrictio hujus libertatis est quaedam forma concreta mundi fugae, quasi quaedam clausura moralis...

N.B. 5. Principia de litteris valet etiam, servatis servandis, de ephe-meridibus quotidianis vel periodicis (journaux, revues), de usu telephoniae, telegraphiae et radiophoniae. Cf. supra p. 175.

Non admittendae in communitatibus ephemerides, quae non sint omnino conformes "directivis" S. Sedis... nec illas quae suscitare possint molestias, difficultates Congregationi vel domui, praesertim tempore perturbationum politicarum vel socialium. Cf. Acta Cap. 1949, art. 66.

B) Relationes personales cum proximo: visitationes, conversationes.  
Art. 324-333.

1) Quaedam clausura servanda cellularum et domus. Art. 324-327.

Non agitur de clausura materiali, sed juridica, scilicet de prohibitione disciplinari qua aliis vetatur ingressus in cellulas vel in domum.  
Textus.

Fons nostrae legislationis de hac re habetur in Regula s. Alphonsi, in paragrapho de voto obedientiae. Cf. supra, p. 197sq.

Dispositiones s. Alphonsi fere ad litteram transcribuntur in nostro ms. I (1818) in paragrapho de voto obedientiae. V. ed. Missions, 1951, p. 52.

Abhinc ms. "Honorat" transferuntur in praesentem paragraphum, textu vix mutato. V. ed. Etudes Oblates, 1943, p. [41]sq.

Transeunt in editiones latinas, textu manente semper eodem: "V. Alter alterius cellulam non ingrediatur, absque permissione expressa. VI. A fortiori..."

In ed. 5a (1928) legitur simpliciter "absque Superioris licentia".  
Quoad cetera servatur textus primitivus.

Commentarium.

- a) Ipsi confratres Oblati subjecti sunt cuidam disciplinae restrictivae.  
Art. 324.

Cellula religiosi est quasi sacrarium orationis et laboris, non vero locus addictus recreationi, fumigationibus in communi (fumoir), et minus adhuc locus "reservatus" conventiculis privatis...

Libertas mutuo se invisendi in cellulis esset occasio terendi tempus inutiliter, violandi charitatem et justitiam per confidentias indiscretas, recriminationes, amittendi spiritum orationis, recollectionis...

"absque Superioris licentia": quae potest esse implicita, generalis et rationabiliter praesumpta, valens pro omni casu verae necessitatis vel utilitatis. In domibus formationis strictius observandum.

Dispositio art. 323 valet pro omnibus Oblatis, et non solum pro novitiis vel scolasticis; pro novitiis tamen strictior praescribitur; cf. art. 722sq.

- b) Extranei praesertim attinguntur lege clausurae religiosae. Art. 325-327.

Istae dispositiones sanciantur jure communi et specialiter commendantur vigilantiae Superiorum. Cf. can. 604-606.

Extranei non introducendi in interiora domus. Art. 325-326.

In domibus nostris servanda est clausura, non quidam "papalis", sed juris communis. Cf. can. 604 sq. Ecclesia leges de hac re ut serias habet, ut patet ex Codice (can. 604, 605, 606) et e terminis nostrae Regulae ("A fortiori" - "Multo minus").

Prohibitio respicit praesertim personas alterius sexus: can. 604, §1. Codex admittit autem exceptiones e "justis et rationabilibus causis" secundum iudicium Superiorum. Ibid.

Ratio famulatus potest esse causa justa et rationabilis: cf. Circul. 137 (19-3-1927), p. 33; Acta Cap. 1949, art. 55.

"Multo minus in cubicula". Facilius existere possunt causae excusantes ad admittendos sacerdotes vel religiosos confessionis vel directionis causa. Nunquam mulieres, nisi causa graviore (parentes propinquiores invisentes Oblatum graviter aegrotantem). Si earum praesentia est revera necessaria ad famulatum, in cubiculis non laborent nisi in absentia inhabitantium. De admittendis pueris in cubicula haec habet Card. Villeneuve: "Dans les maisons d'éducation, on admet, selon l'usage universel, les élèves. Mais prudence à ce sujet, pour la vertu et le prestige. Jamais dans nos autres maisons. Cela pourrait être considéré comme très grave et jugé fort sévèrement."

Colloquia cum exteris solum in locis ad hoc destinatis. Art. 327.

"Si opus sit"... Non studiose quaerere has conversationes, sibi creare relationes cum mundanis ad propriam satisfactionem, ob curiositatem, spiritum mundanum... Cf. can. 605.

"praehabita Superioris licentia" saltem rationabiliter praesumpta in casu necessitatis. Potest dari generaliter et implicite ratione muneris, v.g. oeconomio.

Confabulatoria (parloirs) rite disposita: non longe a janus domus (cf. can. 597, §2), porta vitrea (cf. art. 333).

N.B. 1. Prohibetur, praesertim in dissitis regionibus, parentes vel propinquos ad se arcessere... sub eodem tecto cohabitare cum eis. Acta Cap. 1949, art. 67.

N.B. 2. Observantia disciplinae religiosae in materia clausurae nos minime dispensat ab urbanitate erga omnes extraneos, ab hospitalitate christiana et beneficentia erga pauperes intra limites nostrae paupertatis exercendis... nec a munditia et ordine servandis in collocatoriis etc...

2) Discretio (réserve) servanda in relationibus cum externis. Art. 328-333.

Textus.

Quinque priores dispositiones (328-332) primo apparent in ms. "Honorat" a. 9-13, et semper tales quales servantur, mutato uno vel altero vocabulo. Sexta (a. 333) legitur in ms. II et ms. IV (textus gallicus definitivus), ubi est art. 14, et semper manebit idem.

Textus latinus semper idem abhinc Ia editione, exceptis 2 verbis in art. 328, sensu manente eodem.

Similes dispositiones inveniuntur, et quaedam sat litteraliter, in aliis Regulis. V.g. Regulae Societatis Jesu, Regulae communes, a. 34 (36)-39(41); Regulae Congregationis Missionis (s. Vincentii a Paulo), c. IX. Cf. Cosentino o.c. I, p. 145, 157.

Commentarium.

a) Principium generale: "Nulla cum exteris commercia..." Art. 328.

"Nulla cum exteris commercia": on n'entretiendra pas de rapports avec les personnes du dehors, Subaudiendum evidenter "commercium particularia", extra illa quae pertinent normaliter ad nostrum ministerium sacerdotale-apostolicum vel ad nostrum munus (superioris, oeconomii...) vel ad opus a Superioribus commissum.

"nihilque apud eosdem cuiquam mandabunt...": et on ne fera pas faire des commissions auprès d'eux (textus ms. "Honorat").

"nisi obtenta Superioris facultate", cui incumbit providere bono communi. Clare et sincere proinde accipiendum istud principium disciplinae religiosae: relationes nostrae cum exteris sunt sub dependentia et invigilantia Superioris. Et ita salutariter institutum est:

ea quae membra communitatis agunt cum exteris facile reincidere possunt in communitatem, in Congregationem...

Periculum ne detrimentum resultet pro operibus propriis communitatis vel Congregationis, pro paupertate, pro vita communi, pro nostra vita interiore, pro ipsa nostra vocatione...

Renuntiandum potius quibusdam commodis, saepe saepius magis apparentibus quam realibus, potius quam exponere vocationem alicujus... Cura de fratribus laicis in hac materia!

Necessitas recurrendi ad Superiores nullo modo excludit "initiativam". E contrario! Obedientia religiosa exigit, praesertim in instituto apostolico, initiativam et subordinationem. Haec duo sunt complementaria: exinde robur, progressus ordinatus, firmitas et stabilitas operum Congregationis. Ista licentia potest esse, positis ponendis, generalis, implicita, imo et rationabiliter praesumpta.

b) Applicationes particulares. Art. 329-333.1. Discretio in manifestandis rebus internis communitatis. Art. 329.

Est qualitas necessaria et valde appretiata... necessaria in omni familia et societate, praesertim vero in instituto religioso (fines et opera tam sancta et tam momentosa ei commissa, membra tam intime convivunt). Per indiscretionem apud externos communiter laeditur charitas, spiritus filialis erga familiam religiosam, saepe iustitia; scandalum pro exteris... damnum pro operibus Congregationis. Non mirum quod inter peccata reservata Cap. gen. 1837 enumerabant istud: "7<sup>o</sup> Quidquam in Congregationis detrimentum extra Congregationem patefacere."

Qui hanc discretionem exercet, ostendit suum sensum delicatum, filialem erga familiam, et quantum prae corde habet ejus bonum. Praxis discretionis implicat insuper iudicium (tact), reflexionem, moderationem loquelae, vanitatis, passionum. Ad haec quisque se formare debet, experientia adjuvante.

Discretio servanda etiam coram propriis parentibus, propinquis... Etiam coram Oblatis alterius domus vel alterius provinciae. Cf. Circul. Fundatoris 2-2-1857: t.I, p. 119sq.

Speciatim secretum "professionale" servandum ab eis qui consiliis intersunt. Cf. Acta Cap. 1949, art. 68.

2. Constitutiones et Regulas nostras patefacere exteris. Art. 330.

Sicut cetera Instituta servant discretionem in hac re. Quamvis nihil habeamus celandum, generatim nulla utilitas, imo periculum, ne res male interpretentur, ne fiant comparationes ineptae, ne rideantur a mundanis...

Nulla difficultas patefaciendi unam vel alteram dispositionem, quae non potest nisi aedificare proximum.

3. Recursus ad extraneos consilii capiendi causa. Art. 331.

Non nisi cum permissione Superioris, nisi aliunde jus permittit (can. 519) vel exigit exercitium normale ministerii vel muneris commissi (v.g. paroeciae, superioris, oeconomii...).

Possunt haberi rationes omnino legitimae, ita ut Superior de facili descendat, imo ipse spontanee inducat ad consulendos peritos: medicum, notarium aliosve peritos in jure, vel peritos circa formas speciales apostolatus, circa res sociales, scientias particulares...

Sunt autem et motiva minus commendabilia, quae suggerunt amor proprius, vanitas, illusio mentis, pruritus extraordinarii, defectus spiritus familiaris... Mania recurrendi ad extraneos, ad laicos, ad feminas... diffidendi Superioribus et religiosis suae domus vel provinciae vel Congregationis reservando totam suam fiduciam extraneis...

Cap. Gen. 1837 enumerabat inter peccata reservata istud: "4. Extraneos consulere, etiam in actu confessionis, circa vocationem et interpretationem votorum oblationis nostrae."

4. Sese immiscere variis negotiis extraneis. Art. 332.

Non agitur de negotiis, quae pertinent ad exercitium normale nostri ministerii vel muneris (v.g. superioratus, oeconomatus, muneris paroecialis).

Superiores jus habent cognoscendi de negotiis quae gerunt sui subditi:

non habentur opera mere "personalia" apud nos; responsabilitas Congregationis semper obstricta... Tristes experientiae in fere omnibus Institutis, apud nos... in permultis provinciis...

Religiosi et sacerdotes, in re economica, finanziaria, rarissime sunt periti ("hommes d'affaires").

Praeterea, debemus remanere disponibles ante omnia ad opera propria Congregationis. Cf. supra ad art. 32 sq.

"etiam operis boni intuitu": non negatur bonitas, valor, momentum talis vel talis operis; nec intendunt inhibere "spiritum iniciativae". Sed Regula petit a nobis, simul cum "iniciativa" legitima, subordinationem Superioribus. Cf. supra p. 205.

Applicatur specialiter iis quibus munus paroeciale commissum est pro omni negotio extraordinario, Art. 163.

#### 5. Conversationes cum mulieribus. Art. 333.

"Si cum mulieribus sermo necessario sit habendus": non quaerere hujusmodi conversationes levitate, frivolitate, ob rationes futes...

"loco patenti semper id fiat...": in domibus nostris, nulla difficultas: omnes conversationes in collocutorio cum porta vitrea. Alibi, saltem ingressus et egressus sint aperti; et alii sint praesentes in eadem habitatione... praesertim etiam si agitur de visitatione pastoralis confessione aegrotarum...

Speciatim colloquia cum paenitentibus, absoluta sacramentali confessione, non consulenda. Cf. Circul. 22 (I-8-1871), p. 18; Acta Cap. 1932, art. 14; S. Officium, Instruc. 16-5-1943, 3: "... Sans une réelle nécessité, le prêtre n'admettra avec ses pénitentes, ni échanges de visites, ni échanges de lettres, ni de longues conversations, soit dans les sacristies soit dans les vestibules, soit dans les parloirs, soit ailleurs, même sous prétexte de direction spirituelle".

#### C) Egressus e domo: les sorties. Art. 334-337.

Similes dispositiones habentur in omnibus Institutis religiosis, et V. Fundator eas legere potuit v.g. in Regula Societatis Jesu, Regulae Communes, a. 41 (43-45 (47)), in Regula S. Vincentii a Paulo, S. Philippi Neri. Cf. Cosentino, o.c., I, p. 145, 157, 163.

#### Textus.

Substantia legislationis nostrae jam habetur in ms. I (1818), in appendice "Des autres principales observances" post paragraphum de voto perseverantiae. Cf. ed. Missions, 1951, p. 58sq.

Ms. "Honorat", art. 14-21, complet textum ms. I et exhibet legislationem quasi definitivam. Cf. ed. Etudes Oblates, 1943, p. [42]sq.

Iste textus transit in editiones latinas (notabitur una exceptio infra ad art. 337) quae invariatae manent usque ad ed. 4am incl.

Ed. 5a (1928): in art. 336 uniuntur quae praecedenter in duobus art. dicebantur de adoratione Ss. Sacramenti; in art. 337 uniuntur quae olim in 4 articulis habebantur de "socio", omisso paenultimo articulo, ut infra dicetur.

Commentarium.

Praecipuae dispositiones in hac materia sunt "elementares" in disciplina religiosa, earumque observatio specialiter commendatur curae Superiorum: cf. can. 606, §1. Earum observatio valde gravare potest naturam..., est tamen valde meritoria et salutaris, praeservans a periculis et promovens ad solidas virtutes.

- 1) Magnum principium directivum in hac materia: egressus nostri subi-  
ciuntur permissioni et vigilantiae (contrôle) Superioris. Art. 334.

Religiosus Oblatus non est particularis quicumque, habitans domi vel hospitio, egrediens et rediens ad placitum suum... Est servus Dei, membrum familiae, subjectus capiti familiae propter Deum, consecrans divino servitio tempus, occupationes, commorationes suas... Unde non est mirum quod disponitur: "Nullus domo egrediatur absque licentia Superioris."

En ergo regimen nostrum: indigemus permissione Superioris ad egredien-  
dum. Non potest proinde admitti, ut quis mere declaret Superiori se exire: je sors, je vais ici ou là...; multo minus ut quis simpliciter dispareat e domo pro tempore...

Ista permissio potest evidenter esse, positis ponendis, generalis (v.g. pro deambulationibus ordinariis fixis diebus et horis), implicita (v.g. pro ministerio, functionibus nobis commissis), imo etiam rationabiliter prae-  
sumpta...

Absente Superiore, competit ejus vices gerenti dare permissiones suetas.

"cui causa exponatur et locus...", in omni simplicitate et sinceritate, quod quandoque exigere potest non paucam humilitatis...

Pro deambulationibus ordinariis Superior scit modo generali causam et locum...

Pertinet ad Provinciales determinare dies feriarum, quae concedi solent per singulas hebdomadas. Acta Cap. 1949, art. 69.

- 2) Variae modalitates observandae. Art. 335-337.

- a) Regressus. Art. 335.

Ita etiam in Regula s. Ignatii, Regulae communes, a. 45(47)\*  
"Omnes ante noctem, qui foris sunt, se domum recipiant, nec egredientur ante lucem sine facultate Superioris." Similiter in Regula s. Vincentii a Paulo, c. IX, 14. "Nocte ingruente" intelligitur hora qua habetur oratio mentalis vespertina. Cf. Acta Cap. 1949, art. 70.

Egressus post orationem vespertinam: v. Acta Cap. 1949, art. 70.

- b) Servare semper spiritum religiosum. Art. 336.

Sese manifestat per fidelitatem in invisendo Primo Superiore domus, CHRISTO Eucharistico, et pariter, post regressum, ejus vicario... Non sit "formalitas" quaedam, sed expressio nostrae pietatis.

- c) Norma de socio habendo in egressibus. Art. 337.

Complectitur 4 dispositiones editionum praecedentium, quarum tertia omittitur vel saltem non fit mentio explicita.



1) "Superior socium designabit egressuris". Non quasi necessario et semper ipse eligat socium vel socios. Saepe saepius approbabit, explicite vel implicite, electionem factam. Caeterum articulus enuntiat quasi normam generalem, nec exigit - secundum consuetudinem universalem - ut ita fiat in omnibus et singulis casibus. Compara nostrum textum cum "Normae", no 174: "Quoties e domo, quacumque causa, egrediuntur, sociam a Superiorissa designandam habeant". Insuper, articulus noster exprimit saltem jus Superioris designandi socium vel socios, si judicat adjuncta id exigere.

2) Ab hac regula illi tantum excipiuntur qui a decennio oblationem emisserint. Decennium computari licet a prima oblatione, secundum mentem Codicis. Secundum ms. I et ms. "Honorat" eximuntur solum missionarii qui "ont voix délibérative au Chapitre général."

N.B. In ed. 5a omittitur 3a dispositio editionum praecedentium: "Caeteri, nisi difficillime et maximis de causis, a Superiore dispensentur ab illa regula." In ms. I et ms. "Honorat" rectius dicebatur: "pour de très bonnes raisons."

3) "verumtamen hortantur et ipsi ne soli unquam exeant." Ante ed. 5a (1928) legebatur "Imo qui jure dispensantur, hortandi sunt ne soli unquam exeant." Consilium optimis rationibus fulcitum: on peut faire de drôles de rencontres...

Applicatio litteralis hujus articuli non est semper facilis. Saltem ejus spiritus semper servandus: esse solliciti servare contactum cum communitate.

#### Paragraphus V

##### Observanda circa itinera

De loco hujus paragraphi in ordine hujus capituli et totius Regulae: v. supra, p. 163.

In Regula s. Alphonsi nihil habetur de hac re nisi brevis phrasis de itineribus ad parentes infra citanda.

Apud nos paragraphus de itineribus primo apparet in ms. "Honorat", ubi fuit addita post primam redactionem manuscripti. Cf. ed. Etudés Oblates, 1943, p. [43], nota 128.

##### Divisio paragraphi:

- A) De competentia Superiorum ad itinera permittenda. Art. 338-340.
- B) Modus se gerendi Oblatorum itinerantium. Art. 341-348.

- A) Competentia Superiorum in itineribus permittendis. Art. 338-340.

##### Notulae praeviae.

Nostra facultas itinerandi est subjecta auctoritati Superiorum. Non sumus liberi itinerandi ad placitum nostrum sicut mundani. Est consequentia nostri status, sicut restrictio libertatis nectendi relationes cum exteris: v. supra, p. 198, 205, 206, 208. Et quidem ext exigentia non solum status

religiosi qua talis, sed etiam nostri ministerii sacerdotalis et apostolici: opera apostolica Congregationi commissa non admittunt independentiam operariorum apostolicorum in hac materia. Praeterea, Congregatio subjiciendo itinera nostra sapienti ordinationi Superiorum diminuit, pro sua parte, scandalum religiosorum et sacerdotum pervagantium mundum...

Apud nos auctoritas competens ordinaria ad judicandum de itineribus erat primitus Superior generalis: ita in ms. "Honorat", in ms. IV (textus gallicus definitivus), in ms. V (textus latinus) et in ed. Ia (1827). A tempore autem quo Congregatio dividebatur in provincias et Vicariatus, est Provincialis: ita abhinc ed. 2a (1853).

Provincialis autem exercet suam auctoritatem in hac materia vel per Superiores locales (art. 338), vel per seipsum (art. 339), vel cum approbatione Superioris generalis (art. 340).

1) Competentia Provincialis exercenda per Superiores locales intra certos limites. Art. 338.

Articulus introductus in ed. 5a (1928), sanciens lege scripta praxim universalem jam a multo tempore vigentem.

"intra limites provinciae": itinera extra limites provinciae - supposito quod provinciae sunt territoriales, sicut generaliter accidit - non sunt proinde de competentia Superioris localis. Attamen, quoad negotia propriae domus, in regione finitima (régions limithrophes), Superiores majores censentur permittere implicite itinera ad hoc requisita. Circa itinera intuitu ministerii animarum, activitatis "propagandisticae" etc, severius judicandum: requiritur amica compositio Provincialium respectivorum. Cf. Circul. 92 (21-4-1907), p. 63 (t. III, p. 202).

Si provinciae non sunt territoriales, ita ut in eodem territorio domus exstent diversarum provinciarum, standum est, quoad ministerium animarum aliorumque operum, conditionibus in erectione stabilitis et conventionibus inter respectivos Provinciales. Cf. Circul. 128 (13-4-1921), t. III, p. 465sq.; Circul. 134 (15-3-1926): t. IV, p. 35sq.

"juxta Provincialis praescripta": Iste posset v.g. determinare zonas sive regiones, in quibus singulae domus exercent ordinarie suum ministerium.

2) Competentia quam Provincialis exercere habet per seipsum. Art. 339.

Textus.

Jam in ms. "Honorat", duo articuli de hac re: v. in ed. Etudes Oblates, 1943, p. [43].

In Ia ed. Latina (1827) textus gallicus assumitur ad litteram: "I. Nul- lus unquam itinera aggrediatur, quae utilia non sint sibi vel proximo, ad Su- perioris generalis judicium. - II. Si causa maxime urgeat, ac difficile sit Superiorem generalem consulere, standum erit superioris localis judicio, qui haud mora Superiori generali omnia per litteras manifestabit."

Abhinc ed. 2a (1853) Superiori generali substituitur Provincialis aut Missionum Vicarius in hac materia, textu manente aliunde eodem.

In ed. 5a (1928) e duobus articulis fit unus et textus aliquantulum muta- tur: supprimuntur verba "quae utilia non sint sibi vel proximo" forsitan quia sunt nimis evidenter; et requiritur "specialis Provincialis licentia".

Commentarium.

Ut quis possit rationabiliter petere licentiam in hac re, et ut Provincialis possit eam rationabiliter concedere, requiritur evidenter justa causa, rationes proportionate graves. Verba priorum editionum "Nullus unquam itinera aggrediatur, quae utilia non sint sibi vel proximo", retinent semper suum valorem directivum. Textus quem retinet ed. 5a omnino implicat existentiam justae causae. Certo non sufficit ratio qualiscumque. Itinera mere delectationis causa (de pur plaisir) certissime non conveniunt religiosis-missionariis pauperum: exigentiae paupertatis, mundi fugae, recollectionis animi...

In appretiatiōne causarum ratio tenenda distantiae, ministerii nobis commissi. Ministerium scolasticorum est studium; unde durante anno scolari licentia itinerandi difficilius conceditur.

Ut Superiores possint prudenter judicare de opportunitate itineris, omnia elementa sincere, candide (loyalement) eis subjicienda.

3) Competentia Provincialis exercenda cum approbatione Superioris generalis. Art. 340.

Articulus introductus in ed. 5a (1928), sed conformis traditioni. Haec videtur reservasse Superiori generali permissionem ad omnia itinera ultra limites provinciae. Cf. Circul. 92 (21-4-1907), p. 63: t.III, p. 202.

"itinera trans oceanum", quacumque ratione suscipienda sint. Distantia major, et proinde expensae majores, absentia longior... Pauperes et operarii, utique evangelici, nequeunt tam facile longa itinera aggredi.

"vel ad Urbem Romam": tentatio petendi Urbem est major: recurrere ad auctoritatem supremam Congregationis vel Ecclesiae universalis, pro causis plus minusve seriis, praetermissis superioribus inferioribus provinciae et domus...

"Provincialis itinera... ne permittat": est proinde semper Provincialis concedere hujusmodi permissiones, utique cum licentia praevia et expressa Superioris generalis. Unde petitio normaliter dirigenda Provinciali, et quidem mediante Superiori locali.

N.B. 1. Itinera ad propinquos (voyages dans les familles). Cf. Circul. 22 (1-8-1871), p. 16sq. Acta Cap. 1949, art. 76: "... Visitatiōnes vero frequentiores et longiores apud propinquos omnino prohibentur." Speciatim ad assistendum funeribus patris et matris vel aliorum propinquorum: Acta Cap. 1949, art. 79.

De hac re legitur in Regula s. Alphonsi, 2a pars, cap.III, §2, "De la mortification et des pénitences corporelles", IV. "... il ne leur sera pas permis... et spécialement d'aller chez leurs parents. Ceci ne pourra se faire qu'avec une permission expresse des supérieurs dans le cas de maladie grave de père ou de mère, ou d'autre nécessité urgente; et de cette observance les Supérieurs seront les gardiens très jaloux.

N.B. 2. Statuta de vacationibus. Cf. Circul. 128 (13-4-1921), p. 47: t. III, p. 404; Circul. 137 (19-3-1927), p. 34; Circul. 164 (19-3-1939), p. 29ss; Acta Cap. 1949, art. 76, 77.

N.B. 3. "Licentia adeundi publica loca balnearia valetudinis recuperandae gratia ne concedatur a Provincialibus sine gravi causa et ex vera necessitate." Act. Cap. 1949, art. 78; Circul. 164 (19-3-1939), p. 31.

N.B. 4. Commoratio in aliena provincia. Si agitur de ministerio exercendo vide supra, p. 210sq. Si de aliis causis (vacationes, varia negotia agenda...) ad minus summa convenientia, ut de hac commoratione informetur Provincialis loci. Intelligitur Provinciale velle cognoscere oblatos commorantes in suo territorio... Cf. Circul. 154 (1-2-1933), p. 7.

N.B. 5. Itinera missionariorum missionum externarum.

1) Vacationes periodice fixae non admittuntur in Congregatione. Cf. Circul. 137 (19-3-1927), p. 18sq; t.IV, p. 78sq; Circul. 164 (19-3-1929), p. 19; Act. Cap. 1949, art. 76.

2) Approbatio Ordinarii loci (Vicarii vel Praefecti apostolici) necessaria. Cf. Circul. 164 (19-3-1939), p. 29; t.IV, p. 347; Act. Cap. 1932, art. 70; Act. Cap. 1949, art. 71.

3) Vacationum duratio a Missionum Vicario determinatur non inconsultis Superiore generali et ecclesiastico. Act. Cap. 1949, art. 73. Hic modus loquendi differt sensibiliter a praecedente: Acta Cap. 1932, art. 76; Circul. 164 (19-3-1939), p. 30,c): t.IV, p. 348.

4) Conditio juridica missionariorum durantibus vacationibus: quoad disciplinam religiosam subjiciuntur Provinciali loci commorationis, qui proinde a Missionum Vicario de adventu missionarii certior fieri debet. Speciatim quod attinet ad itinera intra provinciam commorationis: permissiones dantur normaliter a Missionum Vicario; in casu urgenti et improvise a Provinciali loci. Ad itinera extra provinciam commorationis requiritur permissio Superioris generalis. Cf. Acta Cap. 1949, art. 72. Circul. 164 (19-3-1939), p. 30,d): t.IV, p. 348.

5) Missionarii qui definitive relinquunt suam missionem. Cf. Acta Cap. 1949, art. 74; Compara cum praecedenti dispositione: Circul. 137 (19-3-1927), p. 33; t.IV, p. 93.

6) Missionarii qui receperunt obedientiam pro externis Missionibus remanent sub auctoritate Provincialis provinciae "a qua", donec in Missionem suam pervenerint. Cf. Circul. 137 (19-3-1927), p. 33; t.IV, p. 93; Acta Cap. 1949, art. 75.

Specialiter de itinere ad Missionem attingendam: cf. Circul. 165a (1-5-1939).

B) Modus se gerendi Oblatorum iter facientium. Art. 341-348.

Omnes istae dispositiones inveniuntur ad litteram in ms. "Honorat", art. 3-10: v, ed. Paulus Oblates, 1943, p. [43]sq. Textus latinus semper idem abhinc Ia editione paucis verbis exceptis, sensu manente semper eodem.

Est modus quidem servandus in nostris itineribus. Non debemus iter facere "sicut ceteri", sicut turistae, sicut mundani; sed tamquam viri religiosi, missionarii Oblati: "more Oblatorum". Itinera nostra non concipienda ut tempora quibus quasi vacaret vita religiosa-oblatica, quasi liceret nobis iter facere "incognito". Hoc minime impedit, quominus hauriamus e nostris itineribus omnem profectum et omnem utilitatem pro nostra instructione, formatione, sanitate... observando, contemplando, fruendo pulchritudine naturae et artis, animum relaxando...

1) Exercitia pietatis. Art. 341-342.

Tum exercitia ordinaria Oblati in communitate, in quantum possibile:  
art. 341;

tum exercitium proprium Oblati itinerantis, scilicet itinerarium clericorum: art. 342.

Haec omnia cum simplicitate, absque ostentatione... servata semper vera urbanitate, qualis convenit religioso et sacerdoti...

V. Fundator exemplum dedit pietatis Oblati itinerantis: cf. v.g. litteras ad P. Tempier 26-11-1825 de itinere ad Romam...

2) Servare animi recollectionem et spiritum supernaturalem. Art. 343.

Religioso-sacerdoti-apostolico convenit ambulare semper et ubique in Dei praesentia. Cf. art. 246sq.

Quod optime fieri potest absque contentione, quin quis sit quasi constanter praeoccupatus non amittendi devotionem... itinera sint in quantum possibile, relaxatio mentis (une détente).

Vigilare ne paulatim contrahamus "mentalitatem mundanam": "ne malis abducantur exemplis falsisque doctrinis". Hoc evitamus, quatenus, non obstante contactu exteriori et superficiali cum mundo, servemus intima animae Deo conjuncta... et per "pias lectiones ac meditationes": manuscripta gallica habent "bonnes lectures et méditations". Lecture utile, bienfaisante... Non abutendum periodicis quotidianis (journaux, illustrés...) Itinera optimam praebent occasionem vel otium reflexionis tranquillae circa varia problemata nostri ministerii...

3) Zelus aedificandi proximum. Art. 344.

"proximum aedificare studebunt": Oblatis-missionariis convenit ubique et semper iste zelus animarum, qui se manifestabit tum negative (ne praebeant scandalum), tum positive (quatenus promovent ad bonum). Nostra itinera sunt pro multis hominibus forsitan unica occasio contactus intimioris cum sacerdotibus et religiosis. Quod ferent de Ecclesia iudicium videntes nos nostrumque modum agendi???

Nulla modo agitur de conatu artificioso et hypocrito nos componendi, ut proximum "aedificemus"... Sufficit vivere omni simplicitate, (très naturellement), nostrum ideale religiosum, sacerdotale...

"circumspecte et sapienter loquentes": par la retenue et la sagesse, le jugement, le bon sens de leurs conversations. Unde non cedamus loquacitati, nec maniae omnia sciendi et iudicandi...

"et in omni re modeste ac religiose (ante editionem 5am legebatur "regulariter") se gerentes": modestia religiosa, informata charitate praeveniente quae excludit egoismum et arrogantiam quae se manifestant tam facile in itineribus!!!

4) Spiritus paupertatis et mortificationis. Art. 345-347.

Est occasio in praxim deducendi art. 214. Religiosus, operarius evangelicus, missionarius pauperum potestne exigere omnia commoda - tout le "confort" - quo utuntur mundani itinerando? Cf. verba CHRISTI ad apostolos:

"Nihil tuleritis in via..." Luc. IX, 3; X, 4. Matth. X, 9-10. Marc. VI, 8. Et verba Regulae, art. 17: "Missionarii ad modum pauperum iter agant". Per unia quam expendimus debetur forsitan restrictionibus quas fideles sibi imposuerunt...

Card. Villeneuve, in h.l.: "Ne pas prendre des places de luxe, fréquenter les restaurants les plus chics... Ceci varie un peu avec le pays et les temps. Mais le même souci de modération religieuse doit toujours nous inspirer."

Paupertate in tuto posita, remanet adhuc mortificatio christiana exercenda, praesertim "Si hospitum charitate... nimia affluent copia". Tunc "caveant ne sibi immoderate indulgeant"! Occasio optima supplendi eis quae nobis desunt in conventu!!!

"levem aliquam poenitentiam sibi quotidie injungant": etiam levis mortificatio (v.g. in manducando, in bibendo, in usu tabaci, in modo se tenendi, prompte surgendo mane...) efficax est: roborat voluntatem, reprimit sensualitatem, meretur gratiam.

Praeferre paupertatem, regimen magis austerum communitatum nostrarum commodis diversiorum vel domus privatae. Art. 347.

Hoc modo Oblati ostendunt spiritum familiae... aedificant fideles... et non raro praecavent sibi pericula...

V. Fundator frequenter insistebat in observatione hujus praescriptionis quam ut valde seriam habebat, et cujus praeteritionem absque seria causa ut "verum scandalum" habuit.

Ut observantia hujus articuli promoveatur, exerceamus in omni charitate fraterna hospitalitatem erga Oblatos itinerantes. Hospitalitas est virtus christiana! Cf. Actus Apostolorum, Epistolas Apost., Historiam Ecclesiae...

Ex altera parte, Oblati itinerantes faciant quod decet: notificare tempus adventus, in quantum possibile... missas celebratas inscribere vel aliter providere...

N.B. Similis dispositio habetur in Regula Societatis Jesu, Regulae communes, N. 46(48): "Cum quis, iter faciens, transit per locum ubi Domus Societatis sit, ad aliud hospitium ne divertat; ejusque qui illic praestit obediendae subsit in omnibus, sicut et reliqui qui in eadem domo commorantur. Quod si quis etiam ad negotia tractanda venerit, ea ex ejusdem consilio ac directione ad mentem proprii Superioris tractabit." Similiter in Regula s. Vincentii a Paulo, c. IX, a. 16, Cf. Cosentino, o.c., I, p. 158.

#### 5) Reditus promptus et laetus ad propriam domum. Art. 348.

"illico domum repetant", non pertrahendo longius ad dexteram vel ad sinistram... Cap. gen. 1867, sess. 14: "Itinerans recta via iter perficiet, nisi divertendi veniam habuerit."

"gaudentes quod in sinum regrediantur communitatis". Colere debemus affectum supernaturalem ad domum nostram religiosam, domum familialem; non audiamus vocem naturae quae revocat in mundum ibique nos retinet, ut fruamur quam longius ejus commoditatibus ac libertate... Cf. art. 297sq.

Card. Villeneuve, in h.l.: "En rentrant de voyage, on doit rendre compte de ce qu'on a fait au Supérieur, et lui faire ratifier ce qu'on a présumé, dépensé etc. Mais il faut ensuite donner son bilan à l'économe, avec détails sur la provenance des diverses recettes et des diverses dépenses..."

CAPUT QUARTUM

DE MORBIS, EXSEQUIIS et SUFFRAGIIS

Notae praeviae.

1. Inter praescripta et consilia de modo exercendi virtutes christianas-religiosas (v. supra p. 163), V. Fundator determinat in distincto capitulo de charitate fraterna erga fratres infirmos et defunctos. Cf. supra p. 3.

2. Historica evolutio.

In ms. I (1818) deest istud caput (sicut etiam in Regula s. Alphonsi). Attamen per plures dispositiones jam in ms. I exstant in appendice ad paragraphum de voto perseverantiae, sub titulo "Des autres principales observances".

Abhinc ms. "Honorat" constituitur definitive istud caput IV sub titulo "Maladies, bsèques, Suffrages". In ms. "Honorat" 19 articuli absque divisione in paragraphos. Haec apparet solum abhinc ms. II (anterior mensi octobri 1821).

Editiones latinae. Titulus: "De Morbis, Obsequiis, ac Suffragiis".

In ed. 5a (1928): titulus: "De Morbis, Exsequiis et Suffragiis"; plures immutationes, praesertim in paragrapho de suffragiis.

3. In Regula s. Alphonsi deest specialis legislatio de hac re. Solum brevis dispositio de cura spirituali impertienda infirmis, in 2a parte, c. II, §1 (De Sacramentis), a. III "Que le Recteur soit très attentif à faire donner à temps aux malades les derniers Sacraments du Viatique et de l'Extrême-Onction. Et quand un malade est en danger, qu'il ne manque pas d'avoir un prêtre pour le consoler et l'assister".

De suffragiis vera per plura habentur in Statutis Capitularibus Redemptoristarum, 1802, cap. IV, quae P. de Mazenod sequebatur in pluribus.

Paragraphus Ia

De Morbis.

I. Sollicitudo specialis et personalis Superioris localis erga Oblatos aegrotos. Art. 349-350.

a) Commendatur generaliter. Art. 349.

Statim ab initio V. Fundator cogitavit de hac speciali forma caritatis. Jam in ms. I (1818) legitur: "Quand un missionnaire sera malade, le supérieur est spécialement chargé de veiller à ce que rien ne lui manque et que tous les soins, au contraire, lui soient prodigués."

Textus latinus semper idem abhinc Ia editione "Cum aliquis ex Missionariis..." In ed. 5a (1928) corrigitur "Cum aliquis nostrum...", ut clarius appareat omnes comprehendi, de quo caeterum nemo dubitabat.

Nota verba electa: omnia volunt aliquid insinuare, imo inculcare, scilicet caritatis obligationem, promptitudinem, sollicitudinem, abundantiam...

"Cum aliquis nostrum aegrotaverit". Tunc praesertim est unus e nostris, de nostra domo, de nostra familia!

Hoc sentire debent praesertim senes. Isti enim magis tentantur credere se gravare alios, se esse extraneos... Isti qui per totam vitam laboraverunt in operibus Congregationis jus habent, ut reputentur inter nostros, inter membra domus, etiamsi forsitan e brevi tempore ad eam pertineant...

"Superior tenetur...": non est facultativum, est una ex obligationibus majoribus sui muneris... P. de Mazenod ad P. Courtès 22-7-1828: "... j'ai vivement senti la privation que vous m'avez imposée par votre négligence à m'informer de l'état de notre saint malade. Ne savez-vous pas que je regarde comme mon devoir principal d'assister tous ceux de nos frères qui sont en danger de mort à ma portée? Sommes-nous donc si loin d'Aix que dans quelques heures je n'eusse pu me rendre auprès du malade? Supposé que vous n'ayez vu le danger que le dimanche matin, j'aurais pu encore arriver le soir à Aix. J'aurai le regret toute ma vie qu'un de nos frères soit mort, si près de moi sans que j'aie assisté à son passage."

"... Superior tenetur speciali cura providere": sicut providentia quaedam paterna perfusa divina charitate. Non licet ei totam curam de aegrotis relinquere aliis, valetudinario praeposito, nec exspectare semper aliorum propositiones... Ipsi incumbit responsabilitas personalis et suprema in hac re. V. Fundator ad P. Mille 24-7-1838: "Soignez vos malades plus que vous ne le faites. Le Supérieur a une grande responsabilité à cet égard. Il doit s'en occuper sans cesse. Ce n'est pas assez que d'en charger un infirmier. Cette observation est pour tous les temps, à plus forte raison, quand on a chez soi des malades comme le frère Morandini. J'ai compris qu'on le laisse à son indifférence pour la vie. Est-ce ainsi qu'il faut ménager un verre fragile? C'est bien, très bien de lui faire prendre du lait. Mais il ne faut pas avec cela qu'il mange tout ce qu'on présente à une communauté de gens se portant bien."

"... providere, ut omnia ipsi sollicitudinis officia abunde reddantur". P. de Mazenod ad P. Tempier 24-5-1826: "La première chose à laquelle je réponds, parce qu'elle m'affecte jusqu'au fond de l'âme, c'est à la triste nouvelle de la dangereuse maladie de notre bon Père Marcou... Je n'ai pas besoin de dire avec quel soin et quelle charité il faut le traiter, devrions-nous vendre jusqu'à nos souliers, que rien ne soit épargné pour le soulager. Si ses parents proposaient de le prendre chez eux, n'y consentez pas. C'est parmi ses frères qu'il doit trouver tous les services que son état exige de jour, de nuit, au spirituel comme au temporel. La seule chose que je vous recommande, c'est de prendre toutes les précautions convenables, si par malheur ce cher Père tombait dans la phtisie, pour que nos autres jeunes Pères ne fussent pas exposés à recevoir quelque fâcheuse atteinte. Il faudrait donc marquer tout ce qui servirait à son usage etc. Après cela, ou pour mieux dire, par-dessus tout, il faut que nous priions tous les jours que le Bon Dieu nous conserve ce bon Père, si telle est sa sainte volonté. Je dirai la messe pour lui; car j'ai pris la résolution que ma messe soit réservée pour la Société. Ecrivez quelque chose de ma part au Père Marcou en lui témoignant mon affection bien sincère et bien vive."



Et ad P. Courtès 31-5-1826: "... Je n'ai pas besoin de vous recommander, si le P. Marcou vient à Aix, d'avoir plus de soin pour lui qu'on ne pourrait en avoir dans sa maison paternelle, dût-on vendre couverts et calices. Je ne crois pas que le climat de Marseille convienne à son état; l'air d'Aix lui vaudra mieux. Il faudrait seulement qu'on put désigner un lieu pour servir d'infirmierie."

Item ad P. Courtès 21-7-1831: "S'il est vrai, mon cher ami, que le P. Bernard soit aussi souffrant qu'on me l'a dit, il faut sur le champ le décharger de tout travail, consulter d'Astros et suivre ponctuellement ses ordonnances. Si le Docteur pense que le repos de la campagne peut aider à son rétablissement, et que la maison de St-Just aux environs de Marseille et éloignée de la mer puisse être habitée par le malade, envoyez-le moi tout de suite. Il ne faut pas s'endormir avec de pareilles menaces. L'excessive maigreur jointe à sa toux, et à quelle toux! elle retentit jusqu'à moi. Si le service de l'Eglise doit en souffrir, c'est un malheur. Mais le plus grand de tous, c'est de voir un homme s'épuiser et tomber dans un marasme mortel. Ne négligez rien à cet égard. On n'a peut-être que trop tardé d'y apporter remède. J'écris deux mots à d'Astros."

b) Manifestationes particulares sollicitudinis superioris erga aegrotos.  
Art. 350.

Duae istae dispositiones redactae sunt in unicum articulum curante Mgr Marchetti durante examine Regularum Romae 1826. Cf. Cosentino, o.c. II, p. 106.

Abhinc ed. Ia (1827) efformant art. II et textus manet semper idem.

Invisere aegrotum quotidie.

Jam in ms. I (1818) P. de Mazenod scripserat: "Il ne laissera pas un jour sans le visiter lui-même avec les entrailles de charité qu'un Père doit avoir pour ses enfants."

Sit vere actus caritatis paternae, non mera formalitas... Propterea insumere tempus ad hoc: ne jamais faire sentir au malade qu'on est pressé, ennuyé... qu'il est à charge...

Curare, ut sacramenta infirmorum mature administrentur.

Dispositio in Regula s. Alphonsi: v. supra p. 15.

P. de Mazenod scripserat in ms. I (1818): "Si la maladie est sérieuse, dès le 3e jour de fièvre il lui administrera les sacrements." Transit ad litteram in iam versionem latinam. Textus non placuit Cardinali Ponenti Pedicini et Mgr Marchetti illi substituit textum adhuc hodie vigentem "curabitque ut sanctissimo Viatico mature reficiatur." Cf. Cosentino, l.c.

Movere aegrotum (vel curare ut moneatur, v.g. per confessarium) de gravitate morbi et consequenter de opportunitate recipiendi sacramenta infirmorum est suprema caritas... et non semper facile exercenda. Ipsa caritas christiana, fide illustrata, nobis inspirabit verba convenientia: simplicia, luminosa, dulcia.

Ex quo tempore textus correctus fuit a commissione pontificia non fit amplius mentio de caeteris sacramentis, Poenitentiae scilicet et Extremae Unctionis. Eorum receptio est nimis evidens pro nobis, sicut pro omnibus christianis. Cf. art. 139 et 142. Extrema Unctio non nimis differenda! Non est formaliter sacramentum morientium, sed infirmorum, infirmitate utique importante quoddam periculum mortis. Cf. art. 142.

II. Subsidium sacerdotale Congregationis impertiendum suis aegrotis.  
Art. 351-352.

a) Assistentia sacerdotalis continua in mortis discrimine. Art. 351.

Compara textum Regulae s. Alphonsi: supra p. 215.

P. de Mazenod, in ms. I (1818): "Si le malade est en danger, il aura toujours auprès de lui un prêtre pour le consoler". In ms. "Honorat", art. 4: "... et si le malade est en danger de mort, il aura toujours auprès de lui un prêtre pour le consoler et l'assister."

Ed. latina Ia (1827): "III. Si morbus sit gravis, ita ut aegrotans sit in mortis discrimine, presbyter congregationis semper assistet, consolans eum." Ed. 5a (1928): "Si morbus sit adeo gravis... assistet, confortans eum."

V. Fundator prae corde habuit, ut istud subsidium sacerdotale supremum impertiatur Oblatis periculose aegrotantibus. Hic praesertim apparet, quantum praestet pertinere ad Congregationem religiosam sacerdotalem! Conditio lamentabilis permultorum laicorum, imo et sacerdotum saecularium in hac re.

Tunc praecipue sacerdos exercere habet suam paternitatem spiritualem. Morte imminente sumus omnes quasi infantes impotentes... Dr. Alexis Carrel moriens ad sacerdotem assistentem: "Je ne suis qu'un petit enfant devant Dieu."

Est quoque optima occasio exercendi nostrum apostolatum erga pauperes magis derelictos!

Vera caritas sacerdotalis, fide inspirata, nobis suggeret verba simplicia quae unice conveniunt hoc momento...

b) Frequens administratio Ss. Eucharistiae. Art. 352.

In Regula s. Alphonsi nihil de hac re, dum e contra P. de Mazenod vehementer in ea insistit, et quidem statim ab initio. Jam in ms. I (1818) legitur: "Pendant la maladie si l'infirmes le désire, on se fera un devoir de lui administrer fréquemment, c'est-à-dire plusieurs fois la semaine et tous les jours même, la sainte Eucharistie immédiatement après minuit."

In ms. "Honorat": "Art. 5. Pendant la maladie... la Ste Eucharistie; mais il faudra qu'il y ait assez de prêtres dans la maison pour que ceux qui seront obligés de veiller afin de donner la Ste Communion au malade dès que minuit aura sonné, ne se fatiguent pas trop."

Idem fere in Ia ed. latina (1827): "IV. Morbo perdurante, si optet infirmus, frequenter sacramentis reficiatur, nempe pluries in hebdomade, et quotidie etiam, dummodo plures sint domi presbyteri, ne qui assistit aegrotum ad communionem ipsi post mediam noctem administrandam, nimium fatigetur." Iste textus immutatus permansit usque ad ed. 4am (1910) incl.

Novum jus temperavit condiciones de communione infirmis administranda (jejunium eucharisticum), ita ut dispositio de communione administranda "statim post mediam noctem" generatim sit inutilis. Ed. 5a (1928) adaptavit textum Novi juris. Cf. Can. 858,2, Pius XII, Constit. "Christus Dominus", 6-1-1953.

"Si optet infirmus": plena libertas ei relinquatur... Non indiscreta insistencia! Ex altera parte, ejus desiderio omnes facile et volenter satisfaciant: sacerdotes valetudinario praepositus, sacristanus, ministri...

III. Subsidium fraternum omnium erga confratres aegrotos. Art. 353-354.

a) Caritas discreta et benigna in aegrotis invisendis. Art. 353.

De hac re nihil in regula s. Alphonsi; e contra in regulis Societatis Jesu, regulae communes, a. 27(29): "Qui facultate accepta aegrotos invisent, non solum demissa voce loquantur, sed tanta etiam moderatione ut illis molesti non sint, atque de iis agant quae et consolari aegrotos circumstantesque aedificare in Domino possint."

Apud nos dispositio primo apparet in ms. "Honorat", art. 3: cf. Etudes Oblates, 1943, p.[44]. Textus latinus semper idem ab initio.

Paterna caritas V. Fundatoris non despicit curare de his "minimis". Si est quaestio de "Superioris licentia" (quae certo potest esse generalis, implicita, imo et praesumpta), non est ad restringendam nostram caritatem. E contra! Etiam religiosi tenentur hac caritate evangelica "visitare infirmos" (Matth. XXV, 36-43). Ne pas avoir la phobie des microbes... savoir donner de son temps... Spiritus fidei et vera caritas inspirant modum se gerendi, ut habet S. Vincentius a Paulo in Regula Lazzaristarum, c. VI, a.2: "Ubicumque infirmum aliquem sive domi, sive extra domum, visitabunt, illum non ut hominem, sed ut Christum ipsum, tale sibi obsequium praestari asserentem, spectabunt; ideoque quilibet se ibi modeste geret, ac submissa voce loquetur, et de rebus quae ipsum exhilarare et consolari, necnon circumstantes aedificari possint."

b) Universa familia Oblatorum partem habeat in morte alicujus membri.  
Art. 354.

V. Fundator dispositionem inseruit, jam in ms. I (1818): v. ed. Missions, 1951, p. 59. Idem textus in ms. "Honorat": v. ed. Etudes Oblates, 1943, p. [44].

Textus gallicus transivit ad litteram in editiones latinas.

Levis correctio textus, potius materialis, in ed. 5a (1928).

Apparet spiritus familiaris Congregationis. Quisque partem habeat in morte cujuscumque Oblati, etiam personaliter ignoti... V. Fundator notat in suo Diario 24-11-1838: "Lettre du P. Mille. Cet excellent Père m'écrit les choses les plus touchantes au sujet de l'affligeante nouvelle que je lui avais donnée de la maladie grave de notre bon Père Albini.

Il est donc dans notre commune douleur de voir les sentiments dont sont animés, les uns pour les autres, les membres de notre Congrégation. Il ne faudrait pas autre chose pour rédiger la plus belle oraison funèbre que de compulser les lettres de nos Pères et tout ce que la connaissance des vertus qu'ils admirent leur fait exprimer dans leurs paroles."

Superior localis statim - telegraphice vel telephonice - certiore faciat Provinciale; itemque Domum generalem (indicando locum et diem mortis).

Superior non obliviscatur monere parentes vel proximiores propinquos de gravitate morbi, et quidem tempestive! V. Fundator jam in hoc insistebat. Superior localis sub manu habeat inscriptionem (l'adresse) parentum omnium suorum subditorum.

N.B. Regula nihil dicit de obligationibus ipsorum infirmorum. Supponuntur notae sicut pro omnibus christianis.

1- Oblati aegrotantes manent christiani et religiosi, membra Ecclesiae militantis. Eis incumbit proinde necessitas faciendi conatus (faire des efforts), secundum conditionem suam, in exercitio virtutum et praesertim caritatis: "Caritas numquam excidit..." in finem dilexit eos!...

Eis nunc jam praebetur optima occasio expiandi, merendi, cooperandi ad redemptionem mundi ("apostolatus infirmorum")!...

2- Implere habent obligationem status sui.

Jamvero inter priora debita sui status est, normaliter, conatus ad sanitatem, saltem relativam, recuperandam.

Usquedum contrarium certo et evidenter probetur, debemus considerare sanitatem tamquam statum normalem vitae nostrae, volitam a Deo pro nobis.

Consequenter, usquedum contrarium certo et evidenter pateat, voluntas significata Dei pro nobis, causis secundis et particularibus, est ut faciamus omnia quae sunt necessaria et possibilis, secundum prudentiam christianam, ad servandam sanitatem vel recuperandam.

Unde nobis incumbit obligatio evitandi imprudentias in hac re, et in casu morbi supervenientis, tendendi obstinate et patienter in sanationem cooperando efficaciter naturae, arti et caritati eorum qui curam nostri habent.

Imo, supposito infirmitatem esse incurabilem, adhuc tendendum nobis est in sanitatem, utique perfectam, inamissibilem...

3- Vitandus proinde ille modus se gerendi vitiosus quorundam aegrotorum qui quodammodo confugiunt ad morbum quasi in asylum securum et inviolabilem ibique perstare desiderant, ut aufugiant vitae exigentias, contrarietates, miseras... qui indebite extendunt "privilegia" infirmorum et magis ac magis excusatos se habent ab omni conatu serio virtutis exercendae...

4- In infirmitate se gerere modo digno christiano et religioso non addiscitur quasi ex improvise! Infirmitas generatim non est momentum favens virtuti addiscendae... Exercitium virtutis incipiendum antea, et serio!

S. Theresia Abul.: "Les malades tâcheront de montrer alors la perfection qu'elles ont acquise en état de santé."

Paragraphus II

De Exsequiis

Caritas et pietas Congregationis se extendunt quoque ad corpus defunctorum suorum. In 4 prioribus editionibus titulus gerebat "De Obsequiis".

I. Tempus sepulturae. Art. 355.

Jam in ms. "Honorat" legebatur hic (chap. 4): "Art. 7. On ne l'enterrera pas avant les 24 heures, à moins qu'à raison de l'odeur ou pour quelque autre motif le Supérieur ne jugeât à propos de devancer l'enterrement de quelques heures."

Ed. Ia (1827): "Mortui de Societate (ab hinc ed. 2a: de Congregatione) non tumultentur ante viginti quatuor horas ab obitu, nisi ob foetorem aliamve rationem, superior tempus illud aliquantulum praevenire duxerit."

Apparet, quali modo textus immutatus in 5a ed. (1928).

Ratio tenenda ante omnia legis civilis (quae generatim exigit minimum 24 ho.), consuetudinis locorum, naturae morbi...

Disponere diem et horam sepulturae tali modo, ut parentes non nimis distantes possint assistere funeralibus.

II. Vestitus funebri (toilette funéraire). Art. 356-360.

Omnia secundum ordinem fiant. Art. 356.

Ita jam in ms. "Honorat", chap. 4, art. 8. Vide ed. Etudes Oblates, 1943, p. [44].

Si medicus vel alius peritus mortem declaraverit, jam tuto procedi potest ad vestitum funebre. Sunt insuper signa indubia mortis quae omnibus patent.

Munditia... Contagio vitanda secundum necessitatem... Et semper reverentia et pietas fraterna in corpore defuncti tractando...

In particulari qualitas vestium. Art. 357.

In ms. "Honorat" chap. 4, art. 9: "Les habits seront ceux de l'ordre que le défunt avait de son vivant. Les frères convers..."

Textus latinus: unum vel alterum vocabulum mutatum. In ed. Ia (1828) legebatur: "III. Vestes eae Ordini defuncti conformes. Pro fratribus laicis vestis contracta, prout est in eorum usu." Vestis "contracta": habit rétréci, plus court. In ms. IV (textus gallicus definitivus) legebatur "soutanelle", quod primitus verum fuit per "tunicella", correctum in examine Regulae Romae 1826 in sensu primae edit.

Sacerdotes apud nos, generatim vestiuntur alba, manipulo, stola, et planeta. Sacerdotes saeculares frequenter non induuntur nisi superpelliceo et stola pendente.

Diaconi: alba, manipulo et stola, transversa;

Subdiaconi: alba et manipulo. Dalmatica vel respective tunicella pro eis non requiruntur.

Minoristae et tonsurati: superpelliceo.

Caeteri scolastici et novitii scolastici: talari et cingulo.

Color ornamentorum non videtur necessario attendendus, quamvis generatim praefertur color violaceus.

Non insumantur ornamenta lacerata, indecora... Media via incedendum! quia tunc quoque nobis attendendum exigentis tum paupertatis religiosae, tum convenientiae humanae, christianae et sacerdotali.

### III. In particulari de crucis insigne. Art. 358-360.

Tota vita Oblati, religiosi et missionarii, est quasi signata Crucis insigne.

Crux defunctorum qua insignitur corpus Oblati defuncti. Art. 358.

Jam in ms. "Honorat", chap. 4, art. 10: "On placera entre ses mains un crucifix qui sera fermé dans la tombe avec lui."

Crux et Oblatus inseparabiliter uniti usque ad sepulchrum... Crux = Symbolum victoriae Christi de morte...

Crux Oblationis relinquenda fratribus superstitibus. Art. 359.

Ita ad litteram jam in ms. "Honorat", art. II: vid. ed. Etudes Oblates, 1943, p. [45].

Ista crux oblationis est quasi ligamen inter Oblatum defunctum et fratres superstites et generationes subsequentes Oblatorum. Est usus, ut nomen defuncti insculpatur in latere crucis.

In Gallia, mos est, ut juniores "postulent" crucem antecessorum defunctorum quae eis imponatur occasione oblationis perpetuae. Alibi pie servantur in aula memorialium provinciae vel scolasterii.

Crux lignea in mortis recordationem. Art. 360.

In ms. II, V. Fundator addidit manu propria hunc art. 6um: "Dans chaque maison de la Société, pour fournir aux sujets qui l'habitent quelques bonnes pensées sur la mort, on tiendra toujours en réserve un crucifix, qui sera placé dans un lieu apparent de quelque salle commune de la maison. C'est ce crucifix qui sera placé entre les mains du défunt, pour être renfermé dans la tombe avec lui." Textum latinum art. VI editionis Iae levitae immutaverunt in ed. 2a (1853) et ex tunc manet semper idem.

In vita nostra, duo momenta quae magnopere referunt: "nunc" quod cito transit et numquam redibit, "hora mortis" quae inchoat vitam aeternam. Prius praeparat posterius. In priore recte et intense operandum, de posteriore sollicite cogitandum secundum illud "In omnibus respice finem". Illa "Crux lignea nigri coloris" favet huic cogitationi... utique, si illam quandoque, immo frequentius aspicimus oculis mentis fide illustratae, secus etiam illa habitudine vilēscit.

N.B. De ipsa exsequiarum celebratione. "Serventur uniuscujusque loci consuetudines; omnia tamen more pauperum fiant." Cap. gen. 1893, cf. Act. Cap. 1932, art. 78. Sollicitudo V. Fundatoris de oratorio funerali pro defunctis utriusque suae familiae in cemeterio Aquensi...

Paragraphus III

De Suffragiis

Caritas et pietas Congregationis complectitur praecipue animas defunctorum suorum. P. de Mazenod normam sumpsit a Statutis Capitularibus Redemptoristarum anni 1802. Ipse jam in ms. I (1818) ulterius processit (cf. Cosentino, o.c., I, p. 99 et sqq.).

Paragraphus successive amplificata est.

I. Principium generale de charitate Congregationis erga suos defunctos.  
art. 361.

Textus primo apparet in ms. II, in quo P. de Mazenod eam propria manu apposuit in margine (v. ed. Missions, 1951, p. 127). Transivit ad litteram in editiones latinas. "I. Cum Societatis (abhinc ed. 2a: "Congregationis") charitas omnibus suis membris tum de spirituali...", sicut hodie adhuc.

Morte intercedente vincula juridica quidem rumpuntur inter Oblatos, minime vero vincula charitatis. "Caritas nunquam excidit"! Vita communis vera et profunda continuatur. Valor satisfactorius operum Congregationis et valor satisfactorius ac impetratorius suffragiorum tum liturgicorum (praesertim Missae) tum personalium defunctis nostris in partem ceduntur.

Congregatio exercet hanc caritatem per nosmetipsos habetque formam et valorem pietatis fraternae... et ea quondam nosmetipsi vice nostra levabimur.

II. Applicationes et praecisiones particulares. Art. 362-371.

Frequentes amplificationes et immutationes, prout postulabatur major extensio Congregationis. Ultima immutatio majoris momenti in ed. 5a (1928) conformiter ad C.J.C.

a) Suffragia praestanda occasione mortis Oblatorum. Art. 362-368.

1) Suffragia a singulis personaliter praestanda. Art. 362-364.

Sunt Missae celebrandae a sacerdotibus et communiones ac preces non-sacerdotium.

(A) Missae celebrandae a sacerdotibus. Art. 362-363.

Ad normam eorum quae statuuntur in "Statuti Capitolari" Redemptoristarum 1802, c.IV, no 16, P. de Mazenod sancivit jam in ms. I (1818): "Si le mort était prêtre, chaque prêtre dira 5 messes pour lui; s'il était novice (de novitiis, nihil in Statutis Redemptoristarum 1802), Oblat (i.e. scolasticus) ou frère laïque, chaque prêtre en dira trois; si c'est le supérieur général, chaque prêtre en dira 9." Eadem dispositio in ms. "Honorat".

In ms. II stabilitur differentia inter "oblatores" (i.e. scolasticos) ex una parte et novitios et fratres laicos ex altera parte; "Si celui qui meurt était prêtre Oblat, chaque prêtre dira 5 messes pour lui; s'il était simple Oblat, chaque prêtre en dira 3; s'il était novice ou frère lai, chaque prêtre en dira une; si c'est le supérieur général..."

Eadem dispositio transit in Iam ed. latinam (1827), art. II; attamen fratres laici, non amplius distinguuntur ab Oblatis non-sacerdotibus. Ergo: 5 pro Oblatis sacerdotibus, 3 pro Oblatis non-sacerdotibus, 1 pro novitiis, 9 pro Superiora generali.

Facta divisione Congregationis in provincias et vicariatus, incipit nova ordinatio suffragiorum. Ed. 2a (1853), art. II: "Si presbyter est qui decessit, unusquisque sacerdos eiusdem provinciae vel vicariatus 5 pro illo Sacrum faciat, 3 vero si oblatus tantum, semel si novitius. Praeterea caeteri omnes Congregationis sacerdotes, pro professo defuncto unam missam offerent, et 5 pro Superiore generali.

In ed. 3a (1894), ex decisione Cap. gen. 1867, tota res ordinatur per 4 articulos:

Art. II disponit de suffragiis passivis et activis membrorum Administrationis generalis. Suffragia passiva: omnes congregationis sacerdotes 5 Sacrum faciunt pro Superiore generali, 3 pro Assistentibus et Economo generali (quibus additur in ed. 4a Procurator apud Sanctam Sedem). Suffragia activa: "Vicissim, Superior generalis, Assistentes et Procurator Instituti (i.e. Oeconomus generalis) pro unoquoque Societatis defuncto in perpetuum professo, 3 missas legent."

III. Suffragia pro Oblatis perpetuo professis. In provincia: unusquisque sacerdos 5 missas pro sacerdotibus, 3 pro non-sacerdotibus. Extra provinciam: Unusquisque sacerdos unam missam pro quocumque Oblato perpetuo professo.

IV. Suffragia pro oblati temporarie professis et pro novitiis professis in articulo mortis: una missa ab unoquoque sacerdote provinciae.

V. Suffragia pro novitiis: una missa a sacerdotibus domus.

Edit. 4a (1910) retinet eandem ordinationem excepta dispositione in favorem Oblatorum votorum perpetuorum: pro omnibus indiscriminatim, sive sint sacerdotes sive non, una missa celebranda ab omnibus sacerdotibus Congregationis. Supprimitur insuper specialis obligatio membrorum Adm. gen. celebrandi 3 missas pro quocumque Oblato perpetuo professo.

Ed. 5a (1928) totam materiam absolvit 2 articulis, quorum prior (362) agit de suffragiis pro membris Administrationis generalis repetendo art. II editionis 3ae de hac re, completi per ed. 4am; posterior de suffragiis pro ceteris omnibus uniformiter (363).

#### Commentarium.

Missae celebrandae pro membris Administrationis generalis. Art. 362.

Majorem habent responsabilitatem: justum ut eis majora concedantur suffragia. "Mementote praepositorum vestrorum" (Hebr. XIII, 7).

N.B. Suffragia uberiora pro defunctis olim ad administrationem generalem pertinentibus...? Discussio in Cap. gen. 1947: noluit novam dispositionem introducere; provideat Superior generalis in singulis casibus. Acta Cap. 1949, art. 85.

Missae celebrandae pro ceteris omnibus defunctis Societatis. Art. 363.

Res uniformiter disponitur absque distinctione inter professos perpetuo et professos temporarie, inter professos et novitios. Cf. can. 567,1; 578, 1<sup>o</sup>.



1. Una missa personaliter attributa omnibus et singulis defunctis per totam Congregationem celebranda a membris Administrationis generalis. Manifestat mirabiliter unitatem (quae non est mere administrativa!) et caritatem universalem Congregationis. Haec dispositio, sub alia forma, jam apparuit in ed. 3a (1894): v. supra p. 224.

2. Suffragia copiosiora offerenda in provincia defuncti: una missa pro singulis defunctis celebranda ab omnibus et singulis sacerdotibus provinciae. Haec idea se manifestat statim a divisione in provincias, in ed. 2a (1853): v. supra p. 224.

N.B. Quid de Oblatis qui transitorie versantur in domo extra provinciam propriam, circa suffragia offerenda vel recipienda...? Si solum transeunter in domo hospitantur, sine quasi-domicilio: sequuntur suam propriam provinciam. Si vero a competentibus Superioribus collocantur in domo alienae provinciae, ita ut ibi quasi-domicilium habeant et sint Superiori domus subjecti in omnibus quae ad disciplinam "currentem" pertineant v.g. scolastici missi ad scolarium alterius provinciae): videntur sequi obligationes et jura Oblatorum domus in qua habent quasi-domicilium, nisi Superiores aliter disposerint. Analogia cum jure electionis ad capitula domestica (cf. Act. Cap. 1949, a. 115).

3. Participatio specialis, per integrum annum, in 2 missis celebrandis bis in mense ab unoquoque sacerdote Oblato pro omnibus abhinc uno anno defunctis Congregationis in communi. Haec dispositio est nova: ed. 5a (1928).

Juri in missas "personales" succedit, saltem ex parte, jus ad missas celebrandas "in communi" pro omnibus confratribus defunctis...

Diminutio non est nisi apparens: crescente numero defunctorum crescit quoque numerus sacerdotum celebrantium. Aliunde data extensione progressiva Congregationis debuimus pervenire tandem aliquando ad hanc vel similem solutionem.

N.B. 1. Caracteres obligationis offerendi missas pro defunctis nostris.

- (1) Obligatio "Omnino stricta". Cf. Act. Cap. 1949, art. 83. Ideoque non est merum consilium vel "directiva" aut suggestio.
- (2) omnino consiliandum, ut missae ab unoquoque personaliter persolvantur. "Caritati fraternae prorsus congruum est et menti constitutionum conforme." Acta Cap. 1949, l.c.

2. Natura obligationis: justitiae? pietatis? caritatis?

Cf. Canonistas et Moralistas... Disputatus inter eos.

Quidquid sit, adimplendo hanc obligationem impositam a Regula exsequimur caritatem et pietatem erga fratres nostros defunctos.

(B) Suffragia offerenda a non-sacerdotibus. Art. 364.

Statuta Capitularia Redemptoristarum 1802, cap. IV, no 16 haec sola habent: "Les Frères lais diront, pendant 8 jours, la troisième partie du Rosaire pour chacun de nos défunts."

P. de Mazenod in ms. I (1818) eandem dispositionem assumpsit, iisdem terminis et in eodem contextu. Et nihil plus.

Sed jam in ms. "Honorat" ampliavit ista suffragia eisque dedit formam definitivam. Duo articuli: art. 13. Suffragia praestanda ab "Oblatis" (i.e. scolast.) et novitiis. Art. 14. Suffragia praestanda a fratribus laicis: 3a pars Rosarii et communiones. Vide textum in ed. Etudes Oblates, 1943, p. [45].

Iste textus transivit in ed. Iam (1827) art. III et IV.

In ed. 3a (1894) duo articuli colliguntur in unum art. VI et Obligatio recitandi 3am partem Rosarii restringitur ad fratres laicos domus quam incolabat defunctus. Levis correctio materialis textus in ed. 5a (1928).

"... toties sacram communionem quot sunt missae... suscipient": non obliviscantur proinde illas duas communionones regulariter omni mense offerendas...

N.B. Alia opera pietatis commendantur pro defunctis: Via Crucis, oratio inspirata Psalmorum, varia sacrificia...

2) Suffragia praestanda a communitate. Art. 365-367.

(A) Missa cantata cum absoluteione et recitatione officii defunctorum.

Haec dispositio legitur in Statutis Capitularibus Redemptoristarum 1802, n. 16 (v. Cosentino, o.c. I, p. 99).

P. de Mazenod eam refert in ms. I (1818) iisdem fere verbis et in eodem contextu. Cf. ed. Missions, 1951, p. 59.

Idem textus in ms. "Honorat", art. 15. Cf. Etudes Oblates, 1943, p. [45].

Dispositio transit ad litteram in ed. Iam latinam (1827) art. V: "Praeter missas ab unoquoque celebratas, funebre obsequium fiet..."

Ed. 2a (1853), art. V, restringit obligationem: "... funebre obsequium fiet in qualibet domo et residentia provinciae vel vicariatus defuncti..."

In ed. 5a (1928) explicatur illud "funebre obsequium" editionum praecedentium: "cantabitur missa cum absoluteione".

"in qualibet domo et residentia": etsi parva sit communitas. Act. Cap. 1949, a.84. Si parva communitas est revera incapax cantandi Missam convenienter, curet ut cantetur suo nomine et impensis in alia communitate (Novitiatus vel Scholasterii...).

"post recitatum officium integrum" i.e. post Matutinum et Laudes, secundum usum ecclesiasticum.

Hoc obsequium est suffragium communitatis. Assistat proinde tota communitas, in quantum possibile. Cf. art. 371. Recole, quantum saeculares prae corde habent, ut assistant funeralibus propinquorum, amicorum...

(B) Octava orationum et bonorum operum in domibus provinciae. Art. 366.

Etiam ista dispositio habetur in Statutis Capitularibus Redemptoristarum 1802, cap. IV, n. 16. Cf. Cosentino, o.c. p. 99.

P. de Mazenod eam assumpsit, leviter immutando textum, in eodem contextu in ms. I (1818): v. ed. Missions, 1951, p. 60.

Idem textus in ms. "Honorat", art. 16. Cf. ed. Etudes Oblates, 1943, [. [45].

In ed. 2a (1853) obligatio restringitur ad domus provinciae.

In ed. 5a (1928) clarificatur textus: additur, post verba "ad eius suffragium", "speciali modo cedent..."; et in fine verba "eius commemoratio fiet", sufficiuntur textui primitivo "in vespertinis precibus huius mentio fiet", quod iam in ms. I legebatur "on le rappellera le soir après la prière".

Illa obligatio sufficienter in mentem revocatur faciendo vespere "commemorationem" defuncti, i.e. addendo post De Profundis orationem defuncto convenientem.

N.B. Pro defuncto extranea provinciae non praescribitur specialis oratio. Attamen mos est, et caritati fraternae omnino congruit, ut receptus nuntius mortis inter vespertinas preces publice legatur et addatur post ps. De Profundis oratio conveniens.

(C) Utraque obligatio suffragiorum in favorem membrorum Administrationis generalis. Art. 367.

Dispositio introducta in ed. 3a (1894), art. IX, ex decretis Cap. gen. 1867. Textus completur in ed. 4a (addendo Procuratorem apud S. Sedem) et clarificatur in ed. 5a (1928).

N.B. 1. Ex Cap. gen. 1867: in fine Cap. gen. convocati ad eligendum Superiorem generalem, cantanda Missa De Requiem pro Superiore recenter defuncto. Cf. Act. Cap. 1949, a.82.

2. Ex Cap. gen. 1867: die 21 Maii in domo generali Missa celebranda pro V. Fundatore. Cf. Acta Cap. 1932, art. 80. Textus mutatur in Act. Cap. 1949, n. 81. ("ad impetrandam canonizationem Servi Dei Fundatoris nostri").

3) Suffragia sodalium nulli provinciae adscriptorum. Art. 368.

Dispositio introducta in ed. 5a (1928), quae ita sancit praxim iam antea vigentem. Ita iam de laravit Cap. Gen. 1867, sess.12,4.

Isti sodales habentur tamquam pertinentes ad provinciam in cuius territorio sita est domus vel residentia cui sunt adscripti, etsi forsitan effective resident in territorio alterius provinciae. Ita iam Cap. gen. 1867, sess. 12,4; et iurisprudencia hodierna Administrationis generalis. Vide etiam traductionem gallicam 1930, art. 368: "... ont les mêmes obligations et les mêmes droits, quant aux suffrages, que ceux de la Province où se trouve leur maison."

b) Suffragia occasione mortis extraneorum quibus Congregatio specialiter obstricta. Art. 369-370.

1- Suffragia pro auctoritatibus ecclesiasticis. Art. 369.

Articulus appositus in ed. 5a (1928), qua lege scripta sancitur praxis iam antea existens, saltem quoad Summum Pontificem et Episcopum diocesanum.

Cap. gen. 1867, sess.12: die 10 Febr. quotannis in perpetuum missa in domo generali pro Leone XII, de Societate nostra optime merito. Cf. Act. Cap. 1949, a.80.

2- Suffragia pro coniunctis et benefactoribus. Art. 370.

Ista dispositio iam invenitur, quoad substantiam, in ms. I (1818). Cf. ed. Missions, 1951, p. 60.

P. de Mazenod eam desumpsit e Statutis Cap. Redemptoristarum, 1802, cap. IV, 16, ubi tamen nihil de missis celebrandis pro patre, matre... Cf. Cosentino, o.c. I, p. 99.

In ms. "Honorat", efformant art. 17 et 18. Cf. ed. Etudes Oblates, 1943, p. (46), in ed. Ia (1827), art. VII et VIII.

In ed. 5a (1928) duo articuli in unum colliguntur, additis 2 dispositionibus complementaribus: "aut insignis benefactor noster" et "curabit praeterea Superior ut eadem fiant suffragia..."

#### Commentarium.

"eadem servantur quae in art. 366": ideoque "in qualibet domo provinciae" et "residentia, ut fert consuetudo; et "in vespertinis precibus eius commemoratio fiet."

"Cum pater vel mater membri cuiuscumque de Societate", ideoque etiam fratris scolastici vel laici.

"aut insignis benefactor noster". Etsi additum Regulae scriptae solum in ed. 5a, talis fuit praxis statim ab initio. Cf. art. 139 et permultas litteras et adnotationes V. Fundatoris (Yenveux, o.c., VI).

Benefactorum nostrorum quotidie fit commemoratio in precibus vespertinis et quotidie quoque pro illis recitatur 6a decas Rosarii cum ps. De Profundis. (Cap. gen. 1867, sess.12). Pro omnibus benefactoribus Congregationis indiscriminatim una Missa per mensem in Domo generali. (Cap. gen. 1887: cf. Acta Cap. 1949, a.47).

"curabit praeterea Superior ut eadem suffragia fiant...", i.e. ut idem respective numerus missarum applicentur... Cap. gen. 1938: Circul. 164 (19-3-1939), p. 31 (t.IV, p. 349); traductio gallica 1930, a.370.

Superior prae corde habeat, ut Missae quam citius applicentur. Parentes Oblatorum sunt inter praecipuos benefactores Congregationis! Aliunde Congregatio nonne debet materne compati suis filiis eosque adjuvare in solvendo debito pietatis filialis?

Qui jus habet, ut suffragia fiant pro uno e propinquis suis, ea ipse a Superioribus provinciae suae deponat. Cap. gen. 1867: cf. Act. Cap. 1932, a.84.

#### c) Suffragia in anniversario mortis Oblatorum. Art. 371.

De hoc nihil in regula S. Alphonsi nec in Statutis Cap. Redemptoristarum 1802.

P. de Mazenod hanc dispositionem introduxit jam in ms. I (1818): v. ed. Missions, 1951, p. 60. In ms. "Honorat", art. 19: v. ed. Etudes Oblates, 1943, p. (46). Textus latinus semper idem quoad substantiam, potius materialiter immutatus in ed. 2a et 5a.

"Die anniversaria": ex interpretatione traditionali et praxi constanti agitur tantum de primo anniversario occurrente.

E contra, commemoratio confratrum defunctorum in precibus vespertinis fit in vigilia diei anniversarii quotannis in perpetuum: oratio "Deus indulgentiarum", "In memoria aeterna erit justus"!

"cui omnes de communitate assistent": unusquisque prae corde habeat, ut assistat. Est obsequium totius communitatis!

N.B. 1- De Missa cantata die 3 Novembris pro omnibus defunctis nostris nihil in Regula. Est tamen usus valde antiquus in Congregatione. Mgr de Mazenod ad Superiorem domus N.D. de l'Osier, 5-11-1837: "Voilà, mon cher enfant, ce que le bon Dieu m'inspire de vous dire aujourd'hui en sortant du service que nous venons de faire pour nos bons frères qui nous ont précédés. Si, comme je l'espère, nos suffrages ne les ont plus trouvés dans le lieu de l'expiation, notre prière les aura atteints dans la gloire, où, selon ma manière de penser, Dieu, dans son infinie munificence les aura élevés plus haut et fait pénétrer davantage dans son immensité."

Caeterum est usus vicens in permultis aliis societatibus: Statuta Cap. Redemptoristarum 1802, cap.IV, n.10; item in oratorio s. Philippi Neri.

N.B. 2- Encomia necrologica defunctorum nostrorum (Notices nécrologiques).

V. Fundator frequenter insistebat, ut servaretur memoria defunctorum nostrorum. Epistola 27-5-1839 ad P. Courtès: "Il est un autre devoir que l'on néglige trop malgré mes réclamations réitérées, c'est d'écrire tout ce que l'on sait de la vie et des vertus de ceux de nos frères qui ont passé parmi nous et qui sont au Ciel. Nous n'avons pas une notice complète de tant de prédestinés qui ont illustré et édifié la famille. Cela n'est pas tolérable. C'est pourquoi je me décide de faire un précepte à tous les membres de la Congrégation pour que, dans l'espace de 3 mois, ils m'aient fait parvenir des notes circonstanciées sur chacun de nos Pères décédés. - On écrira peu ou beaucoup, selon le plus ou moins de connaissance que l'on aura des individus, mais on dira ce que l'on sait, ce que l'on a entendu raconter à d'autres et ce que l'on pense. Je vous charge d'intimer ce précepte aux Pères de votre maison et vous prie de vous le tenir pour dit à vous-même sans autre avis. Quand j'aurai recueilli tous ces documents, je chargerai tel ou tel Père de rédiger des notices, qui formeront la partie la plus édifiante de notre histoire. Déjà le Chapitre avait réglé quelque chose à ce sujet; je le généralise davantage, et c'est pour n'être plus obligé d'y revenir que j'en fais un précepte dont je ne dispense personne."

Plura Capitula generalia de hac re decreta emittebant: ita 1837, 1856, sess.12; 1887 et 1898: Cf. Acta Cap. 1932, a.85 et 86; 1947: Cf. Acta Cap. 1949, a.86.

Realizationes. Prius breviores "Litterae circulares" annuntiantes mortem cum quibusdam particularitatibus de vita et morte defuncti. Quaedam inveniuntur in vol. I "Notices nécrologiques". Ipse V. Fundator scripsit Litteras circ. de morte P. Casimir Aubert (+ 17-1-1860): cf. Rey, II, p. 769sq.

"Notices nécrologiques" longiores: 8 volumina usque ad 1939; primum vol. 1868. Per plures annos inseruntur quoque in Missions ("Galerie Oblate" - "Galerie de famille"): cf. Missions, 1912, p. 451; 1919, pp. 422sq.

"Necrologium": usque ad annum 1899 annexum elencho "Personnel"; abhinc impressum separatim.



ERRATA CORRIGE IIae partis

pagina	linea	errata	corrige
1	44	spiritualem	spiritualitatem
9	38	cf. supra p. 6	... p. 5
12	46	in ordine perfectionem	in ordine ad perfectionem
14	42	Stricte loquendum	Strictius loquendum
18	17	nostri tempore	nostri temporis
24	8	Est art. 199 editionis 4ae (1910), a. 200	Est art. 199 editionis 4ae (1910). "Normae", n. 118. Scripto privato, imo etiam oraliter, positus ponendis... (5) Actus cessionis complementarius. a. 187. Articulus introductus in ed. 4a (1910), a. 200, ubi addebatur in fine "De hac autem dispositione, si in favorem Instituti facta fuerit -- (vocabulum "non" mendose subrepsit in ed. 4a)--, monitum faciunt Superiorem generalem.
29	18	propter codicem expensarum	praeter codicem expensarum
34	12	à tout ce qu'il faut	à tous ce qu'il faut
40	14	Vestitum uniformitas	Vestium uniformitas
42	42	sculenta quaecumque	esculenta quaecumque
50	25	sine "objectum formale quo"	sive "objectum formale quo"
52	6	provideatur ad propagationi	provideatur propagationi
	34	observantiae vitae exerci- tationes	observantissimae vitae exercitatio- nes
54	28	"Diligebat autem Jesus...	"Diligebat autem eum Jesus...
65	32	et lui promets d'agir que	et lui promets de n'agir que
72	1	statim favorem	stat in favorem
75	31	can. 197, 206-209;	can. 197; 199; 206-209;
76	42	can. 639; 671; 616sq; 385	can. 639; 671; 2385
79	37	quae non liceret tangere	quas non liceret tangere
	42	Commentarium, I.p, p.3	Commentarium: Praefatio.
	43	N.B. 2. Modo observandi	De modo observandi
83	19	Ami du Clergé, 20-10-1942	Ami du Clergé, 20-10-1949
	31	basque causa	absque causa
88	4	Congregationis-Matrem	Congregationem-Matrem
96	18	Si hanemus opinionem	Si habemus opinionem
100	1	donné une tête	donné une tête
102	6	Cosentino, o.c., II, p.81	Cosentino, o.c., I, p. 95
107	46	Documentation cath. 4-2- 1955	Documentation cath. 4-9-1955
111	17	observantias religiosas adoptatas	observantias religiosas adaptatas conditioni
114	35	adhibendo media pata	adhibendo media apta
116	1	apprendre des choses	pour apprendre des choses
132	39-40	Summa ac Aeternum Sacer- dotalem	Summum ac Aeternum Sacerdotem
141	13	P. Sckett, Privilegia...:	P. Sackett, Privilegia
142	34	cf. supra, p. 92, 93	Cf. supra, pp 124 sq.
143	10	p. 93	p. 124
147	16	substantialior	substantialius
153	6	Praesens art. 171	Praesens art. 271
154	34	mentio fit partim quam	mentio fit partis quam

pagina	linea	errata	corrige
155	6	(supra p. 151)	(supra p. 152)
	31	Ex parte ejus cui culpatur	Ex parte ejus qui culpatur
156	11	promiscue	promiscue
	34	art. XIII et Iae	art. XIII editionis Iae
159	23	bona, virtuosa, salutaria	bona, virtuosa, salutaris
	41	Cf. 2.2.q.109.a.1.ad1; ad 2	Cf. 2.2.q.109.a.1.ad 2; ad 3...
162	2	Etudes Oblates, 1955, p. 108	Omittenda
166	37	non solum aliquas horas ver functiones	...vel quasdam functiones
171	11	minima quaedam separatio affectiva	minima quaedam separatio a mundo, et quidem effectiva
177	13	... activitates sacerdo- tales	Inter tot activitates sacerdotales
180	2	detractatio contra eosdem	detractio contra eosdem
	27	concessis "jurisdictionem	concessit "jurisdictionem
182	36	Cf. can. 595, § 1, 2.	Cf. can. 595, § 1, 2 <sup>o</sup> ; § 2.
185	42	vel per Superiorem nostrum immediatur	vel per Superiorem nostrum immedia- tum
188	20	inspiratus omnino	inspiratus omnino
192	4	non nisi omnino	non nisi omnino
194	40	in presbyteris etc	in presbyteriis etc
196	36	valetudinarii non prohi- bentur	valetudinarii ministri non prohi- bentur
204	44	non longe a janus domus	non longe a janua domus
210	29	Circul. 128 (13-4-1921) t.III, p. 465	Circul. 128 (13-4-1921): t.III, pp 365 sq.
218	43	adaptavit textum Novi Juris	adaptavit textum Novo Juri
221	4	titulus gerebat	titulus ferebat
	18	Vestitus funebre... art. 356-360.	Vestitus funebris... Art. 356-357.
	23	ad vestitum funebre.	ad vestitum funebrem.
222	31	levitatae immutaverunt	leviter immutaverunt
223	28	non-sacerdotium.	non-sacerdotum.
225	35	Disputatus inter eos.	Disputatur inter eos.
	37	exsequimur caritatem	ostendimus caritatem









